Romacio ⁊ heliodoro ⁊c. Iste ꝓlog⁹ tres hẽt ptes ꝑncipales. ſ. inchoatiõem: ꝓgreſſionẽ: et ꝓcluſionẽ. Inchoatio ꝓtinꝫ deuotã ſalutatiõnẽ: ⁊ illa ps ꝑ ſe pz. Progreſſio cõtinet narrationẽ: q̃ hꝫ tres pticulas. in q̃rum ꝑ⁹ ponit admiratio Hiero. de inſtãtia petitõis chromacij et heliodori: cũ dr: b Mirari nõ deſino ⁊c. ⁊ ſbdit ibidẽ rõ duplex admiratõis. ꝑma eſt: qz liber iſte ſcript⁹ eãt chaldaico ſmõe: cui⁹ adhuc modicã hẽbat noticiam: vñ dicit: Ut libꝝ chaldeo ſmõe ſcptuz ⁊c. 2⁹ admiratiõis rõ eſt: q̃a liber iſte apud hebreos nõ ẽ de canone: et ita ſi transferret incurrẽt eorũ maliuolentiã: vñ dicit: Quẽ hebrei de catalogo. ⁊c. In 2⁹ pte narratiõnis dic̃ ſe trãſtuliſſe libꝝ ad petitiõem ipſorum: vñ dic̃: Feci ſatiſ deſiderio vro ⁊c. In ⁊tia pte dic̃: q̃ ex hoc incurrit indignationẽ hebreoꝝ: vñ dic̃: Arguũt. n. nos ⁊c. Cõcluſio oñdit finalẽ Hiero. intentiõem: q̃ eſt ẽ ꝓꝝ facẽ bñplacitũ: qđ notat ibi Sz meli⁹ eſſe iudicãs. nec hoc facit negligẽti ſed cũ diligẽtia: qđ notat ibi Et qz vicina ẽ. vbi dic̃ q̃ pitiſſimũ q̃ſiuit ĩterpretẽ. vlteri⁹ dic̃ q̃ oꝛonib⁹ eoꝝ attribuendũ eſt q̃cq̃d boni ſequet̃ de trãſlatõe ſua: vñ dic̃: Et oꝛonib⁹ vr̃is ⁊c. bis dictis lr̃e inſiſtam⁹. c Exactõis. i. petitõis. vide i opuſculo de vocabulis biblie vbi exponit exactor. f Secates. i. ſeparãtes ⁊ repellẽtes. d De catalogo. i. de numẽo e Diuinarũ ſcripturarũ. vñ. ſ. dixit in ꝓlogo galeato: q̃ ſapia q̃ vulgo ſalomõis inſcribit: ⁊ Jeſu filij ſirach liber: ⁊ iudith: ⁊ tobias ⁊ Heſter nõ ſunt in canone. Catalogus dr a cata qđ ẽ breuis: ⁊ logos qđ eſt ſmo: q̃ſi ſmo multa breuiẽ ꝓprehendẽs: vt Oẽs ſancti orate ꝓ nobis. ⁊ in ꝓpoſito. xxij. libꝝ vetesta. de cathalogo dicunt vt patebit. Catalogus ſm hugucionẽ dr enũatio: ordo: ſeries: vel breuis deſcriptio: vl̃ iuſtorũ numer⁹. g Agiographa memorãt. i. dicunt: vel Nominãt. alia lr̃a. q̃d ſit agiographũ inuenies. ſ. in ꝓlogo ſup Ioſue in ꝓncio. Ilo. quedã ſcribit ſup̃ iſtũ locũ: q̃ talis ẽ: Potius ⁊ verius dixiſſet: Inter apocrypha: vel large accipit agiographa: q̃ſi ſcoꝝ ſcripta: ⁊ ita nõ eſt de nũo illoꝝ nouẽ que ꝓprie dicunt agiographa: q̃ ſunt de catalago hoc ẽ de nũo xxij. libroꝝ biblie. cõſiſtit. n. catalog⁹ in pẽtateucho: ⁊. viij. ꝓphetis: ⁊. ix. agiographis. h Mãciparũt. i. dederũt vel adiecerũt. mãcipare dr mancipiũ facẽ: in ſuitutẽ redigẽ: manu captũ adducẽ: tradẽ: vel dare: vel ducẽ: ⁊ ſimplicit ponit ꝑ dare vel ducere. inuenit etiã neutrũ ꝑ fuire. i Nõ tm meo ſtudio. i. nõ meo labore ſuppl̃. ſolũ: qz ali⁹ mecũ laborauit. ſ. chaldaice ĩterpres q̃ mihi expoſuit hebraice: et ego feci ſcribi latine. vl̃: meo ſtudio: ſit datiui caſus: vt ſit ſenſus: nõ ſatiſſeci ſtudio meo. qz ex hoc ſuſcitata eſt ꝫ me emuloꝝ indignatio q̃ mihi detrahũt. k Enim. ꝑ certe vel qz: Arguũt nos ⁊c. l Et imputãt. i. imꝓperãt. m Cõtra ſuũ canonẽ. i. ꝫ ſuã bibliã que recte canõ dr. nã canon grece regula dr latine. vñ biblia dr canõ. i. regula: eo q̃ rẽ ducit: nec aliq̃n alioꝝſum trahit. vl̃ dr regula: eo q̃ regat: ⁊ q̃ normã rẽ viuẽdi ꝓbeat: vl̃ diſtoꝝtũ prauũq̃ ad modũ regule corrigat. Et qz fecim⁹ h mentionẽ de canone: nõ ſm Iſiõ. in. vj. etym. q̃ ſunt canones euãgelioꝝ: ⁊ ſũt canones ꝓciliorũ. Canones. iiij. euãgelioꝝ Ammoni⁹ alexandrie ꝑm⁹ excogitauit: quem poſtea euſebi⁹ ceſarien⁹ ſecut⁹: eos plenio⁹ ꝓpoſuit: qui iõ facti ſũt: vt ꝑ eos inueniꝛ ⁊ ſciꝛ poſſim⁹ qui reliquoꝝ euãgeliſtarũ ſilia aut ꝓpria dixerit. Sũt autẽ nũo de cẽ: quoꝝ ꝑm⁹ ꝓtinet numeros in q̃ bus q̃tuoꝛ eadez dixerit: Mathe⁹: marc⁹: lucas: et iohãnes. ſcõs in quibus tres: mathe⁹: marc⁹: lucaſ. itius in quib⁹ ſilij tres .ſ. mathe⁹: lucaſ ⁊ iohãnes. q̃rt⁹ in q̃ itur tres: mathe⁹ marc⁹: iohes. q̃ntus in q̃bus duo: lucaſ: mathe⁹. ſext⁹ in q̃bus duo: mathe⁹: marc⁹. ſeptim⁹ in q̃bus duo: mathe⁹: iohes. octau⁹ in q̃bus duo: lucas ⁊ marc⁹. non⁹ in q̃bus duo: lucas: ⁊ iohãnes. decim⁹ in q̃bus ſinguli eoꝝ ꝓpria q̃dã dixerit. quoꝝ expõ hec eſt: ꝑ ſingulos. n. euãgeliſtas numer⁹ quidã caplis affix⁹ adiacet: cui numero ſubdita ẽ era q̃daz ex minio notata q̃ indicatrin q̃ canone poſit⁹ ſit nũs cui ſubiecta ẽ era: vbi gr̃a: ſi eſt ꝑ⁹ in ꝑ⁹ canone: ſi 2⁹ in 2⁹: ſi ⁊tia in ⁊tio: et ſic ꝑ ordinẽ vſq̃ ad decimũ pueniẽs. Si igit̃ apto q̃libet euãgelio placuerit ſcire q̃ reliquoꝝ euãgeliſtarũ ſimilia dixerũt: aſſumẽs adiacentẽ nũm caplis: ⁊ reꝑies ĩpm nũm in ſuo canone quẽ indicat: ibiq̃ inueniẽs q̃t ⁊ q̃ dixerũt ⁊c. Canones generaliũ ꝓciliorũ a tpibus Cõſtãtini ceperũt. In ꝑcedentib⁹ nãq̃ ãnis pſecutõe feruẽte docẽdarũ plebiũ mime dabat facultas ⁊c. n Phariſeoꝝ. vide in opuſculo de vocabul' biblie vbi expõit phariſei: h tm phariſei cõit dici pñt iudei: a phareſ qđ ẽ diuiſio: qz ſũt a va fide diuiſi. o Inſtiti. trãſlatõi faciẽde. inſto as di ſtare: inſiſtẽ: inuigilare: inſudare: ⁊ in ẽ⁹ vltimis ſignificatiõib⁹ ponit h. p Vicina. i. ꝓfinis ⁊ ꝓſilis: ſic hꝫ in ꝓncio ꝓlogi galeati. s Repiens quẽdã loq̃cẽ. i. loq̃ſcientẽ chaldaice ⁊ hebraice: ⁊ nõ ſolũ loquacẽ uel loquẽtẽ ſed r Peritiſſimũ. i. doctiſſimũ q Vtuſq̃ ligue. ⁊ ita bñ poterat interptari. t Um⁹ dici labozẽ. hoc dic̃ qz liber breuis ẽ ⁊ breuis labor q̃ſi vn⁹ dici fuit i ei⁹ trãſlatõe. v Accito. i. aduocato. x Nõio. q̃ ſcribebat latinis lr̃is ſic ego dictabã. y Oꝛonib⁹ vr̃is rẽ. i. attribuã vel ꝓſoluã. recõpẽſare. ꝓpe dr reddẽ: ꝓſoluẽ remunerãe: iterũ trutinãe: eq̃re. z Mercedẽ. i. pmiũ ⁊ pciũ. ſ. oẽm vtilitatẽ. ⁊ hui⁹ opis. ad cui⁹ ꝓpletionem me vr̃is oꝛonib⁹ adiuuiſtis. Cũ dicero. alioꝛre latiõe. Gratũ eſſe vobis me ꝓpleſſe. op⁹ illud qđ vos

Dignati eſtis iubẽ. q. d. cũ intellexero vos gaudẽ: eo q̃ cõpleuerim qđ iuſſiſtis: iõ oꝛonib⁹ vr̃is attribuã: ſiq̃ ex hoc vtilitas ꝓſequat: qz oꝛando ꝑ me tã efficaci⁹ me iuuiſtis.

Explicit q̃liſcunq̃ expoſitio iſti⁹ ꝓlogi.

Incipit ꝓlog⁹ beati hieronymi ꝑſbꝛi in libꝝ Tobie.

Romãcio et heliodoro epiſ: Hieronymus ꝑſbyter in dño ſalutẽ. Mirari nõ deſino exãctiõis vr̃e inſtãtiam. Exigitiſ. n. vt libꝝ chaldeo ſermone ꝓſcriptũ: ad latinũ ſtilũ trabã: libꝝ vtiq̃ tobie quez hebrei dẽ cathalogo diuinarũ ſcpturarũ ſecãtes bis q̃ agiogꝛpha memorãt: mãciparũt. Feci ſatis deſiderio vro: nõn tm meo ſtudio. Arguũt enim nos hebreoꝝ ſtudia: et imputãt nob⁹ ꝓ ſuũ canonẽ latis aurib⁹ iſta trãſferre. Sz meli⁹ eſſe iudicans phariſeoꝝ diſplicẽ iudicio: et ẽpoꝝ iuſſionib⁹ deſuire: inſtiti vt potui. Et qa vicina eſt chaldeoꝝ lingua ſermoni hebraico: vtriuſq̃ lingue peritiſſimũ loquacẽ reꝑieſ: cui⁹ dei laborẽ arripui: et q̃cq̃d ille mihi hebraicꝰ vbis exꝑſſit: hoc ego accitꝰ nõrio ſermonib⁹ latinis expoſui. Gratoib⁹ vr̃is mercedẽ hui⁹ opis ꝓpenſabo: cũ gratũ vob⁹ didicero: me qđ iubere eſtis dignati cõpleſſe. Explicit ꝓlog⁹.

Postilla super librum tobie incipit.

Et oportuit facē: ⁊ illa ñ omittē eos Matthei. xxiij. Postq̄ auxiliāte deo scripsi super libros sacre scripture canonicos icipiēdo a principio gene. ⁊ procedēdo vsq; ad finez apoca. de eius dez profisus auxilio super alios intendo scribere q̄ nō sūt de canone: scilicz liber sap. ecclasticus: iudith: tobias: ⁊ libri mach. scōm q̄ Hieronym⁹ in prologo galeato q̄ permittit libris regū: ⁊ idez dicit de libro Baruth: in eī⁹ plogo: ⁊ de 2° esdre in plogo sup esdrā: propter qō assūpsi verbuz ppōitū: Hec oportuit cē. i q̄ duo pñt notari. Primū est necitas opis precedētis: ibi Hec oportuit facere. Scōm ē vtilitas opis subsequētis: ibi Et illa nō omittere. Circa primū sciēdū q̄ libri sacre scripture q̄ canōici nūcupāt tāte sūt auctoritatis: q̄ quicq̄ dibi cōtinet vez tenet ⁊ idissusse: ⁊ p pñs illud qō ex hoc pcludit manifeste. nā sic in scripturis phicis veritas pgnoscit p reductionē ad prima principia p se nota: sic in scripturis a catholicis doctoribus traditis: veritas pgnoscit quātū ad ea q̄ sūt fide tenenda p reductionē ad scripturas sacre scripture canōicas: que sūt habite reuelatiōe diuina: cui nllo mō stim potest sbesse: propter qō intellcūs eaz necari⁹ ē ecclie: ⁊ iō de expositiōe eaz potest dici illud qō scribit ecē. xxiij. Hec oia liber vite. i. omnes libri expōiti in ope precedēti cōtinent in libro vite. i. in libro reuelate veritatis a deo qui est ipa vita. sic enī diuina predestinatio dr liber vite: sic ⁊ hec scriptura diuinit⁹ reuelata liber vite dr: tū qz a vita peretiā pcedit: vt dictū est: tū qz ad vitaz beatā pducit. Circa scōm psiderādū: q̄ libri q̄ nō sūt de canōe: recepti sūt ab eccīa: vt ad mouz informationē in ea legāt: tamē eoz auctoritas ad pbādū ea que in pretentionē veniunt min⁹ idonea reputāt: vt dicit Hieronim⁹ in plogo sup libū iudith ⁊ i plogo sup parabolas Salomōis: ppi qō sūt miozis efficacie q̄ libri canōici: ⁊ iō possum⁹ dicē dño a quo ē oē bonū illud qō scribit iudith. viij. Illa p⁹ illa cogitasti. licz enī in actu cogitādi diuino nō sit prius ⁊ posteri⁹ cū sit vnic⁹ ⁊ simplicissim⁹: tñ in effectibus abeo procogitatis ē ordo tpis ⁊ dignitatis: ⁊ sic veritas scripta in libris canonicis prioz ē tpe quātū ad plura: ⁊ dignitate quātū ad oia q̄ sint illa que scribūt in nō canonicis: vtilis tñ est ad directionē in via moz: vt dictū est p quā puenit ad regnū celoz: qō nobis pcedat cē. .I.

Obias ex tribu ⁊ ciuitate neptalim cē. in exponēdo libros q̄ non sūt de canone intēdo tenere tpis ordinē quo scripti sunt: vel q̄ in eis pteritatigerūt: exceptis libris sapiētie ⁊ ecclesiasticī q̄ moralessūt: ⁊ post historiales ponent: vltimo vero scōs esdre q̄ minoris auctoritatis merito reputat. Sic igit incipio a libro tobie cui⁹ historia primo pringit. s. anno sexto egechie regis iude: quia captiuat⁹ fuit tobias p salmanasar regē assyrioz: vt pz infra eodē capō: q̄ regnū decem tribuū captiuauit anno. vj. egechie: vt hī. iiij. regū. xvij. Liber igit iste in duas ptes diuidit: qz primo describit tobie puersatio virtuosa: 2° dei psolatio gratiosa. iij. capitulo. prima i duas. s. in ptem principalē ⁊ incidentalē q̄ incipit: ibi Eadē ita qz die. prima adhuc in tres: qz prio describit eius virtuosa puersatio i terra captiuitatis: 2° in terra natiuitatis: ibi Cunq; eēt iunioz: 3° reuertit auctor ad describendū puersatōem ei⁹ virtuosā in tra captiuitatis ibi Igit cū p captiuitatē. Circa primū describit primo genus ⁊ loc⁹ ipi⁹ cū dr: a Tobias ex tribu ⁊ ciuitate neptali cē. est enī neptalim nomē equocū ad significādū vnā tribū de duodeci tribub⁹ isral: denoiatā a neptalim filio iacob: ⁊ ad significandū quandā galilee ciuitatez sic nominatā: de q̄ fuit tobias oriundus propt quod dicit: Ex tribu ⁊ ciuitate neptalim. ⁊ ē silis mod⁹ loquēdi: sic dicē btūs gregoriⁿ de btō bñdcō: Fuit vir venerabilis gra benedict⁹ ⁊ noie. b Que est i supioribⁿ galilee. hoc dr: qz duplex est galilea: vna est supioz: altera inferioz: ciuitas vero neptalim de q̄ tobias fuit oriūdus: erat i galilea supioz. c Supra naason. nomē est ciuitatis: q̄ respectu neptalim declinat ad mare mediterraneuz: vt pz in descriptōe terre sancte: ⁊ sic ciuitas neptalim ē in loco supioz. Alibi vero naason ē nomē propriū principis tribⁿ iude Nūi vij. d Post via que ducit ad occidentē. i qua pte est mare mediterraneū respectu neptalim: ⁊ maris galilee qō ē ad orientem respectu ciuitatis neptalim. erat autē q̄dā via cōis p quā res portabantur de vno mari ad aliud trāsiēs iuxta neptali: ⁊ sic dr eē post illā viā respectu situs hierlm. e In sinistro hūs ciuitatē sephet. sm phum dextr⁹ mūdi ē orientis vñ incipit mot⁹ celi: ⁊ occidēs sinistr⁹. sm vero cōez moduz loquēdi que magis sequit scptura sacra: sinistr⁹ mūdi est illud qō est ad sinistrā hois versa facie ad orientem: ⁊ sic ps aqlonaris est sinistra ps mūdi. ciuitas vero sephet ē in aqlonari pte respectu neptalim: vt pz i descriptōe terre sancte ista vero de tribu iuda ⁊ ciuitate tobie dicunt h ad confirmatōez veritatis historie. f Cū capt⁹ eēt in diebⁿ salmanasar. ex hoc pz q̄ nō fuit captiuat⁹ i prima captiuacōe filioruz filioz isral: quā fecit teglatphalasar rex assyrioz: ō q̄ hī. iiij regū. xv. sz in scōa quā fec salmanasar sexto āno egechie regis iuda: vt hī. iiij. reg. xvij. ⁊ sic pz q̄ hec historia incepit a sexto anno egechie regis iuda: vt dcm est. ō. sz qñ terminata fuerit. dicunt alicq̄: q̄ hoc fuit post destructōem ciuitatis hierusalē factā p nabuch. eo q̄ dicit tobias infra. xiij. ca. Hierlz ciuitas dei castigauit te dñs cē. sz hoc stare nō pōt: qz i fine huⁱ⁹ libri dr: q̄ completis annis. lxx. sepultus fuit tobias: plures aūt anni fluxerūt a sexto anno egechie vsq; ad dictam destructōez. nā egechias regnauit. xxix. annis. tobias aūt fuit captiuat⁹ anno ei⁹ sexto: ⁊ sic de ānis egechie remanēt. xxiij. post captiuitatē tobie: p⁹ egechiā regnauit manasses filⁱ⁹ ei⁹ annis. lv. iiij. regū. xxj. ⁊ post eū iosias filⁱ⁹ ei⁹ annis. xxxj. post quē regnauit ioachaz filⁱ⁹ ei⁹ tribus mēsibus q̄ computant in annis prīs: post eū regnauit frat⁹ ei⁹ eliachim. xj. annis. iiij. regū. xxiij. post eū regnauit ioachi filⁱ⁹ eius tribus mensib⁹ qui putant in annis prīs: post quē regnauit sedechias duob⁹ annis añ destructōem ciuitatis. iiij. reg. xxiij. qui anni simul iūcti faciūt annos. cxxxj. ⁊ ad hos adiungēdi sunt anni quos habuit tobias añq̄ captiuaret: qz tā erat etatis tante q̄ habebat vxorē ⁊ filiū: vt hī infra eodē ca. qō aūt allegat in contrariū: Hierlm ciuitas dei te castigauit dñs cē. nō valet qz pphetia fuit de futuro: vt videbit ibidē domino cōcedente. g In captiuitate tñ positus viā veritatis non deseruit. ad idolatriam declinando: cum tamen inter idolatras habitaret: ⁊ sic fideliter se habuit erga deum ⁊ etiam misericorditer erga proximum: ideo subditur: h Ita vt omnia que habere potēat quotidie cē. ⁊ subdit

Incipit liber tobie. Ca. i.

Tobias ex tribu ⁊ ciuitate neptalim que est in supioribⁿ galilee supra naasō post viā q̄ duc ad occidētē: i sinistrō hūs ciuitatē sephet: cū capt⁹ eēt i diebⁿ salmanasar reg⁹ assyrioz in captiuitate tñ posit⁹ viā veritatis non deseruit ita

h Cũq; esset iunior ꝛc. hic ꝓnter describit virtuosa eius ꝓuersatio i terra natiuitatis: ꝛ ꝑmo respectu ꝓxie ꝓsone: 2° respectu dom⁹ sue: ibi Cũ vero fact⁹ fuisset vir ꝛc. Circa pri mũ dr: h Cũq; eẽt iunior oib⁹ ꝛc. ſ. ꝓsonis notabilibus q; ſimplicit loquẽdo multi erãt iuniores eo i tribu neptali. i Nihil tñ puerile. i. dissolutionis ꝛ lasci uie k Hesit i ope re. nã in oibus matu re se gerebat ꝛ hone ste. l Deniq; cum irẽt oẽs ad vitulos au reos ꝛc. sicut dr. iij. re gũ. xij. hieroboã instituit rex sup decẽ trib⁹ isrl: timẽs ne ꝓpls rediret ad regnũ iuda: ꝛ sic eũ interficeret: si ꝓpls iret adorare deũ in hierlm. fecit duos vitulos aureos: ponẽs eos in duob⁹ locis regni sui: ꝛ ꝓcepit ꝓpło vt ibi adorarẽt i solẽnitatib⁹ dñi: tamẽ illi q̃ erãt fideles ꝛ deuoti hoc nõ faciebãt: sed latenꝫ ibãt in hierlm de q̃bus fuit iste tobias: ideo subdit: m Hic sol⁹ fugebat. hoc dr q; pauci decliabãt a decis vitulis. per talẽ modũ loquẽdi dr: ꝙ rex ẽ sol⁹ in domo qñ hꝫ paucos secũ. n Et ꝓgebat ad hierlm. scõm ꝓceptũ dñi o Et ibi adorabat dñm: ꝛ non vitulos aureos. p Oia ꝑmitia sua. i. ꝑmitias fructuũ ꝛ aialiũ qui cedebãt in sustentatiõnẽ sacerdotũ. q Et decimas suas. que due erãt: vna q̃ fiebat singulis ãnis ꝙ sustẽtatiõe leuitarũ: alia que fiebat a tertio anno in tertiũ ꝓ sustẽtatione pauperũ: de vtraq; habeẽt deu. xiiij. vtranq; soluebat thobias fideliter: ideo subdit: r Ita vt in tertio anno ꝛc. ꝛ ꝙa non solũ ista bona: sed multa alia faciebat etiã a tpe iuuẽtutis sue: iõ subdit: s Hec ꝛ his silia ꝛc. ꝛ ponit hic puerulus ꝙ iuuene: nã talia facere nõ potuit añq; haberet vsuꝫ ratõnis. t Cũ vero. Hic consequenter describitur virtus tobie respectu domus sue: cũ dicitur: Cum vero factus fuisꝫ vir. i. potens generare: ꝛ sciẽs regere domũ suam: quia matrimoniũ non contraxit motus libidine: sed intẽtõne ꝓl ad dei cultum ꝓcreande. v Accepit annã vxorem suaꝫ de tribu sua, hoc enĩ fuit ꝓceptum: Nũi vltimo. maxime quãdo mulier succedebat i hereditate paterna: ne si contraheret cum viro alterius tribus: hereditas sua ad tribuꝫ aliam transiret: ꝛ sit sortes confunderẽtur. x Genuitq; ex ea filium. valde sibi similẽ in corpore: vt habetur infra. vij ca°. ꝛ etiam nomine: ideo subditur: Nomen suum imponens ei. ꝛ etiã mente: iõ subditur: a Quem ab infantia timere deuꝫ docuit. ꝓpter qõ in virtute firmior fuit: fm illud ꝓuer. xxij. Adolescens iuxta viam suam: ꝛ cum senuerit non recedet ab ea: ꝛ sic repꝛesentabat personaꝫ patris per oia. b Igitur. Hic reuertit actor ad describendum virtutẽ tobie in terra captiuitatis: ꝛ ꝑmo quã tũ ad exercitium pietatis: 2° patiẽtie i aduersis: ibi Post multũ. Circa primum dicit: b Igit cũ per captiuẽ. cũ vxo. sua ꝛ filio. ex quo patet qõ dictum est supꝛa ipsum fuisse tante etatis qñ fuit captiuatus ꝙ vxorem ꝛ filium habebat. o Et cum oẽs. i. multi valde ꝺ iudeis captiuatis: ꝛ est hyꝑbole. e Ederẽt de cibis gẽtilium. iudeis i lege ꝓhibitis: sic sunt carnes porcine ꝛ h⁹moi. f Iste custodiuit aiaꝫ suam. ab eis abstinẽdo fm legẽ. g Dedit illi de⁹ gratiam ꝛc. ꝓpi iusticiã suã: sic ioseph i ꝓspectu pharaonis gene. xlj. ꝛ daniel socijsq; eius i ꝓspectu regis babylonis: Dan. j. h Et dedit illi prãtẽ ꝛc. sicut nabusardã fec hieremie de ꝓcepto regis babylõis: hie re. xl. i Pergebat enĩ ꝙ oẽs ꝛc. magis volẽs hitare i ꝛra aliena ad ꝓfirmandũ captiuos i bono: ꝙ redire ad ꝓpa: ꝛ maxie qz tũc regnũ decẽ tribuũ erat occupatũ a gẽtilib⁹ idolatris q̃s illic trãstulerat salmanasar: vt hĩ. iij. regũ. xvij. k Cũ aũt puerisset i rages ciuitatẽ medoꝝ. circuibat enĩ ciuitates in quib⁹ erãt iudei captiui: vt eos cõsolaretur. l Et ex his q̃b⁹ honorat⁹ fuerat ꝛc. rex enĩ non solũ honorauit eũ dono libertatis sꝫ etiã pecunie. m Habellũ egẽtẽ videret. plus ceteris ꝓtribulib⁹ suis. n Sub cyrographo dedit illi. i. sub ꝓditõne restituẽdi: si possibilitas afforet. o Post multũ. Hic cõsequẽter describit virt⁹ tobie quãtũ ad exercitiũ patientie: ꝛ ꝑmo ab extrancis 2° a ꝓpinq̃s. ca. ij. Circa ꝑmũ ꝓmittit occasio ꝓsecutionis tobie: cũ dr: p Mortuo salmanasar rege. q̃ habebat eũ in honore. q Cũ regnaret sennacherib. qui regnum iuda multiplicit inuasit. iij. reg. xvij. r Et fi. israel exosos ha. in conspectu suo. i. illos qui captiui erãt in regno suo: quos tobias cõsolabatur non solum verbis: sed etiam muneribus ꝛ alijs modis: ideo subditur: Tobias quotidie pergebat ꝛc. ꝛ subditur causa odij sennacherib contra filios israel cum dicitur: rũ. Et qm̃ memor fuit dñi i toto corde suo: dedit illi deus graꝫ i ꝓspectu salmanasar regis: et dedit illi ptãtez quocũq; vellet ire: Jbñs libertatẽ q̃cũq; facere voluisset. Pergebat ei p oẽs q erãt in captiuitate: ꝛ monita salutis dabat eis. Cũm aũt venisꝫ i rages ciuitatẽ medo: et ex his q̃b⁹ honorat⁹ fuerat a rege habuisset decẽ talẽta argẽti: ꝛ cum in multa turba generis sui gabellũ egẽtẽ videret qui erat ex tribu ei⁹: sub cyrogꝑpho dedit illi memoratũ pẽdus argẽti. Post multuꝫ vo tẽporis mortuo salmanasar rege: cũ regnaret sennacherib filius eius ꝓ eo: et filios israel exosos haberet i ꝓspectu suo: tobias q̃tidie pgebat p oẽm cognatõem suã ꝛ ꝓsolabat eos: diuidebat q; vnicuiq; ꝓut potat ꝺ facultatib⁹ suis. Esurientes alebat: nudisq; vestimẽta ꝑbebat: ꝛ mortuis atq; occisis sepulturã solicit⁹ exhibebat

Denicz cū reūsus esset rex
sēnacherib fugiēs a iudea
plagā quā circa eū fecerat
dē ꝓpꝫ blasphemiā suā
t iratꝰ multos occideret ex
filijs ysrl: tobias sepeliebat
corpa eoꝝ. At ubi nuncia
tuz ē regi: iussit eū occidi: t
tulit oēm substātiā eiꝰ. To
bias vero cū filio suo t cū
vxore fugiēs nudus latuit
qz mlti diligebāt eū. Post
dies vo q̄dragitaqnqz oc
ciderūt regē filij ipiꝰ. Et re
uersus ē tobias i domū su
am: oiscz facultas eiꝰ resti
tuta est ei. La.II.

Post hec vero cū essz
dies festꝰ dñi: t factū
est prādiū bonū in domo
tobie: dixit filiō suo: Uade
t adduc aliqs dē tribu no
stra timētes deū vt epulen
tur nobiscū. Cūcz abisset
reuersus nūciauit ei vnū
ex filijs ysrl iugulatū iacere
i platea. Stāticz exiliēs de
accubitu suo: reliquēs prā
diū ieiunꝰ puenit ad corpꝰ
tollenscz illud portauit ad
domū suā occulte: vt dum
sol occubuisset caute sepe
liret eū. Cunqz occultasset
corpꝰ māducauit panē cuz
luctu et tremore: memorās
illū sermonē quē dixit dñs
p amos ꝓpham. Dies fe
sti vestri puertent i lamēta
tōem t luctū. Cū vero sol
occubuisset: abijt t sepeli
uit eū. Argūebāt aūt eum
oēs ꝓximi eiꝰ: dicētes: Jā
huiꝰ rei causa interfici iussus
es: et vix effugisti mortis im
perium: t iterꝫ sepelit mortu
os: Sz tobias plus timēs
deū qz regē: rapiebat corpa occisoꝝ t occultabat i
domo sua: t medijs nocti
bꝰ sepeliebat ea. Contigit
aūt vt q̄dā die fatigat⁹ a se
pultura veniēs domum ia
ctasset se iuxta parietē t ob
dormisset: t ex nido hirun
dinū dormienti illi: calida
stercora incidere sup ocu
los eiꝰ: fieretqz cecꝰ. Hanc
aūt tēptatōez iō pmisit do
minus euenire illi: vt poste
ris daretur exemplū patiē
tie eiꝰ sicut t sancti iob. Nā
cum ab infantia sua sp deū
timuerit t mādata eiꝰ custo
dierit: nō est ꝓtristatꝰ ꝓtra
deū q plaga cecitatis eue
nerit ei: sz imobilis in dei ti
more pmānsit: agēs grās dō
omnibꝰ diebꝰ vite sue. Nā
sicut beato iob insultabāt
reges: ita isti parentes t co
gnati eiꝰ irridebant vitam
eiꝰ dicēntes: Ubi est spes
tua pro qua elemosynas t
sepulturas faciebas: To
bie: ecce deꝰ h⁹ non vt fuisse ex naturali stercoris vtute: maxie cū n
eciderit sup eiꝰ oculos aptos sz clausos: sz ex ordinatōe dei
q̄ actoz ē mali pene: vt sic tobias posteris esset exēplar pati
entie: iō subdit: s Hāc aūt tēptatōez. q̄ fuit ad tobie ꝓba
tōez: iō subdit postea. t Nō est ꝓtristatꝰ ō dñm cē. t pz
lra. v Nā sicut cē. Hic ꝓsequēter describit increpatō in
iusta cū dr: Nā sic btō iob insultabāt reges. i. eiꝰ amici q̄ erāt
potētes: ppt qō h⁹ reges dicūt t forte reges fuerūt: ad lraz: nā
antiqtꝰ i q̄libet ciuitate erat vnꝰ rex: vt pz iosue. xij. ꝓ Jta
isti pentes t cognati eiꝰ irridebāt vitā eiꝰ. p qō inuit: q irri
debāt eū q̄si singuli dieb⁹. y Dicētes: vbi ē spes tua cē. ex

t Deniqz cē. fugiēs a iudea plagā cē. nam angelꝰ dñi
vna nocte pcussit in exercitu suo. c. lxxxv. milia bellato
rū: t sic ꝓpulsus fuit fugere cū paucis ad trā suaz: vt hr
iij. reg. xix. v Ꝓpt blasphemiā suā. ꝓtra deū mul
tiplicē: vt ibidē hr. x Tobias sepeliebat corpa. eoꝝ
cū piculo nō solū
rex: sz etiā ꝓsone
sue: ex q̄ fem eius
appareꝫ magis cō
mendabile: t seq
tur exercitiuz sue
patientie: cū dicit
y At vbi nūci
atū est regi. factū
tobie circa sepul
turā mortuoruz.
Jussit euz occidi
cē. z Tobias
cē. fugiēs nudꝰ. i.
oibꝰ bonis spolia
tus. t Latuit.
t sbdit cā cuz dr:
Quia multi dili
gebant eū: ꝓpter
qō ipm celabāt i
tali casu: t qm de
us in tēptatōe fac
puētū iō sbdit re
gis occisio: ō q̄ hr
iij. regū. xix. t to
bie liberatio: cuz
dr: Et reuersus est
tobias cē. .II.

Post hec
vo. Post
q̄ actoz
descripsit tobie pa
tiētiā ab extra ne
is: h ꝓpr idē fac a
ppinqs q̄ tobiaz
de bono ope icre
pabant: t diuidit
i duas ptes: nā pri
mo fit hoc a sua
cognatōne: 2° a p
pa vxore: ibi An
na vo. Prima ad
huc i duas fz du
plicē casū: qua co
gnati sui euz iniu
ste icrepabant: 2ª
ponit ibi: Cōtigit
aūt. Prīa adhuc
in duas: qz primo
ponit opatio to
bie sācta: 2° cognatoꝝ suoꝝ icrepatio iniusta: ibi Argu
ebāt aūt. Circa pmū dr: a Post hec vo cū esset dies
festꝰ cē. ex hoc pz q̄ in dieb⁹ festiuis licitū est viuere lautꝰ
t magis delicate ppt reuerētiā festi: nō tm ppt gulam:
sm q̄ dr Neemie. viij. Ite t ꝓmedite pinguia: t bibite
mulsum: t mittite ptes eis q̄ nō ꝓparauerūt sibi: qz di
es scūs dñi ē. b Dixit fi. suo. vt exercēt i pietat officio
c Uade t adduc aliqs. eoꝫ curialr iuitādo: vt sic tollat
ab eis vecūdia petēdi. d De tri. nra. qz magi tenemur
ppinqs dū tm sint boni: iō sbdit: Timētes deū cē. subdit: e Nūciauit cē. i platea iacere. tāq̄ cadauer vile.
f Staticz exiliēs cē. ex q̄ pz feruoz tobie circa pietat opa
g Tollēscz illud poz. ad do. su. occulte cē. vt sic opꝰ pieta
tis ipenderet: t offensaz regis euaderet. h Māducauit
panē cū luctu. ex iniusta ꝓpinq̄ morte. i Et tremore. ne
forte sem suū scisciteret a rege. k Memorās illū sermo
nē quē dicit dñs p a
mos ꝓphaz. viij. ca.
Dies festi vii puertēt
in luctū t lamētatio
nē. dies eni festus ali
qñ rōnabilit fit dies
luctꝰ ppt casū supue
niente. pphauit autē
amos tpe oçie regis iu
da: vt patet i pncipio
sue ꝓphetie: tobias ve
ro captiuatꝰ fuit sex
to anno eçechie: vt di
ctū ē ca. pcedēti: q̄ fu
it q̄rto rex ab oçia re
ge: t sic tobias ꝓphiā
amos scire potuit t re
memorari l Argu
ebāt. Hic ponit
amicoꝝ tobie icrepa
tio iniusta cū dr: Ar
guebāt aūt eū oēs p
ximi sui. t dr oēs q̄a
ꝓximi eiꝰ tā cognatō
ne q̄ vicinitate eū ar
guebāt. m Et vix
effugisti mort ipiū.
i. mortē sup te ipataz
vt dcm est supza. n
Sed tobias plꝰ timēs
deū. qui corpꝰ t aiaz
pōt mittere i gehēnā.
o Quā regē. q̄ sup
corpꝰ tm hz ptātē. p
Rapiebat corpa occi
soꝝ. exercens pietatis
opera. q Cōtigit
aūt. Hic ponitur cau
sa icrepatōnis scōa: t
2° increpatio ipa: ibi
Nam sicut btō iob.
Circa primū sciendū
q̄ causa huiꝰ increpa
tōnis fuit cecitas sup
uenies tobie: quam
eiꝰ cognati attribue
bāt eiꝰ demeritis fal
so: sic q̄ dr: q Contigit aūt cē. t pz lra vsq̄ ibi: r Fieretqz

quo videt: q̄ isti remuneratōem boni ⁊ mali credebāt esse tm̄ in vita p̄nti: sicut ⁊ amici iob: vt ibidē fuit diffuse declaratū: ⁊ q̄ hoc est erroneū: iō tobias increpabat eos dicens:
z Nolite ita loqui. in v̄bis eni erroneis nulli debet deferri. a Q̄m filij sanctor̄ sum⁹. i. abraam isaac ⁊ iacob: q̄ p fidē expectabant in futuro eternaz remunerationē: sm q̄ declarat ap̄ls hebre. xj. diffuse: iō subdit: b Et vitā illam expectam⁹ nē. s. p fidē: sicut ⁊ patres nr̄i. c Anna vero. Hic p̄ter increpat tobias a p̄pa vxore sua: qō tanto grauⁱ est: quāto vxor est viro magis p̄iuncta: ⁊ etiaz subiecta: ⁊ p̄mo circa hoc ponitur increpatōis occasio cuz dī: c Anna vo vxor ei⁹ ibat ad textrinū opus quotidie. extra domū suā: nā p̄pter cecitatē viri eius: ⁊ elemosynas p̄cedētes: ñ habebat facultatem vñ posset hīe materiam ad hoc op⁹ exercē dū in p̄pa domo .cetera patēt vsq̄ ibi:
d Uidete ne furtiuus sit. vī q̄ male fecerit hoc querēdo: q̄ cum anna diu fuerat ⁊ ei⁹ fidelitatem multiplicit̄ p̄bauerat: p̄pter qō nō debuit habere suspitōez de ipa nec p̄ p̄ñs dicere talia verba. Ad hoc dicendum est q̄ bñ locutus ē: q̄ paup erat: vt dcm̄ est p̄pt̄ quod cibaria delicata non p̄sueuerat hīe in domo sua: manebat etiā inter fideles p̄pnos ad furta: p̄pter que rōnabiliter timuit ne fur aliquis vēdidisset vxori p precio minori: ⁊ illa ducta pauptate ⁊ indiscretōne mulieb̄ri non inq̄siuisset diligētia sufficiēti vñ vēditor habuisset: iō dixit vxori vt diligentiⁿ inq̄reret ⁊ hoc sonāt ei⁹ v̄ba cū dicit: d Uidete ne forte furtiu⁹ sit nē. i. diligēti⁹ inq̄rite: vxor aūt ei⁹ sic accepit ac si dubitaret de sua fidelitate: iō sequit̄ increpatio viri iniusta cū dī: e Ad hec vxor eius irata. irratōnabiliter: vt p̄z p dcā: f Rñdit. iniuriose: g Mānifeste vana fcā ē spes tua. vite future: q̄ non solū p̄didisti lumē corp̄is: sed etiam mentis ⁊ conscientie bone. h Et elemosyne tue modo apparuerūt. s. ficte ⁊ vane tanq̄ ex hypocrisi facte: ⁊ quia pluribus modis alijs eū molestabat: iō subdit: Atq̄ his ⁊ alijs verbis nē.

Caplm. III.

Tunc tobias. Post̄q̄ descriptum est circa tobiā patientie exercitiū: h̄ p̄r describit eius remediū. s. in recursu ad deū per oroez deuotam: iō subdit: a Tunc tobias ingemuit. nō ex impatientia: sz vxoris malicia quā horrebat vt p̄pria: cū vir ⁊ vxor sint vna p̄sona. b Et cepit orare. feruēter ⁊ deuote: iō subdit: c Cū lachrymis. s. mentis ⁊ corp̄is in oroe sua: ⁊ vt sit magis exaudibilis: primo diuinā iustitiā p̄fitet. d. d Justⁿ es dñe. nā regula est veritatis. e Et oia iudicia tua. penas ī sereno: f Justa: alias vera sunt. p̄pt̄ p̄cti demerita. g Et oēs vie tue misericordie ⁊ veritas. i. i oib⁹ opib⁹ tuis relucz misericordia ⁊ iustitia: nā oē bonū a deo collatū p̄cedit ex diuina bonitate ⁊ liberalitate: q̄ est p̄ncipiuz ⁊ fons misericordie: ⁊ sic apparet ibi misericordia: silr iustitia: q̄ facit oia sm ordinē decētissimū. Malū aūt penale cui⁹ de⁹ est actor: infertur cōiter p̄ ōmerito: ⁊ sic relucet ibi iustitia: q̄ sp punit circa condignū: iō relucet ibi misericordia: ⁊ q̄niam oro hūiliātis se nubes penetrat: Eccli. xxxv. iō p̄sequēter p̄fitetur p̄pria ⁊ parētū suor̄ peccata dicēs: Neq̄z reminiscar delicta nē. ⁊ p̄ñter ea magis explicat dicēs:
i Q̄m nō obediuim⁹ mandatis tuis. ea trāsgrediendo. k Ideo traditi sumus. iuste. l In direptōem. quātū ad bona tēpalia.
m Et captiuitatez. quātū ad corpora p̄pria. n Et mortē. q̄ multi de filijs isr̄l ingulabātur: vt dcm̄ ē. s. o Et i fabulā. q̄ gētiles inter q̄s erāt captiui: frequēt̄ inter se p̄fabulāt̄ o filior̄ isr̄l miseria ⁊ captiuitate. p Et inproperiū. q̄ multa p̄uicia eis inferebant. p̄ñr repetit huⁱ cāz attribuēdo deo iusticiaz. d. q Et nūc dñe magna iudicia tua. q̄ null⁹ pōt ea arguere. r Quia ñ egim⁹ sm p̄cepta tua. lz aūt ipe innocēs eēt: tm̄ p̄nūat se peccatorib⁹: eo q̄ erat de eor̄ pplo ⁊ natōe. s Et nō ambulauim⁹ sincerit̄ coram te. q. d. ⁊ si i alīq̄b⁹ ipleuim⁹ mādata tua quātū ad substantiā op⁹ ñ tm̄ recta itētōe. t Et nūc dñe sm volūtatē tuā nē. lz eni vellet cito mori ne expreti amplit̄ cognatorz suorz ⁊ vxoris sue malicia: ⁊ ppli isr̄l afflictōz: tm̄ sapienter ⁊ discrete p̄ponit i oib⁹ diuinā volūtatē. v Expedit eni mihi mori magis q̄ viuere. h⁹ ñ dixit tedio acidie: lz tedio ifirmitat̄ hūane: qō si ē pctm̄: ñ ē nisi veniale: ⁊ h⁹ bñ cōtigit i viris p̄fect̄. puer. xxiiij. Septies i die cadit iust⁹: ⁊ resurget. x Eadē itaq̄ die. Hec ē ps icidētal: i q̄ p̄mo pōit icidēt̄ narratō: 2⁹ narratōis rō: ibi Jn illo tpe. p̄ria i ouas: nā icidēs fuit exercitiū patiētie sare filie raguel: cui⁹ p̄ pōit iniustū ip̄roperiū: 2⁹ scm refugiū: ibi Ad hāc vocē Circa p̄mū dī: x Eadē itaq̄ die. s. o⁹ tobie. y Ut sa. fi. ra. q̄ erat de iudeis captiuatis: i alia tm̄ ciuitate q̄ tobias. z Et ipa au. ip̄ro. nē. q̄ ip̄roperiū tāto erat grauⁱ quanto fiebat a p̄sona subiecta ⁊ vili. a Q̄m tradita

fuerat ſcptē viriſ. in ꝓiugiū. b Et demoniū noie haſ
modeꝰ occideret eos. tū qz erāt ifideles ⁊ idolatre: vt di
cūt aliq̄: vel ſi erāt de filijs iſrl: ñ tñ de cognatōe ſare: ⁊
ad eā accedebāt moti ſola voluptatis libidine: vt hī ifra
vj. ꝓpr̄ qō nō decebat eos puellā tāte ſcitatis polluere:
⁊ qa reſeruabaꝫ
virgo filio tobie.

c Amplꝰ ex te
nō videamꝰ filiuz
⁊c. duo turpia ſi
bi falſo ĩpropera-
bat. ſ. obꝓrobriuz
ſterilitatiſ: qō tūc
eāt valde magnū
⁊ occiſionē ſuozū
maritoꝝ: ⁊ tertio
occiſionis ſue de-
ſideriū: iō ſ̄bdit:
d Nunqd ⁊ oc
cidē me vis ⁊c. q
d. qꝛ ſic. e Ad
hāc vocē hic ꝓpr̄
ponit deuote ſare
remediū. ſ. p oꝛo-
nis ſtudiū: cū dr̄:
Ad hāc vocē. abſ
qz dura rñſione.
f Perrexit ad
ſupꝰ cubiculum.
qō erat oꝛoni cō-
gruū rōne ſolitu-
dinis ⁊ elcuatōis
g Et tribꝰ no.
⁊c. ñ mādu. ⁊c. ni
hil oīno ſumēdo
vt dicunt aliq̄: qz
ſeruoꝛ oꝛois: ⁊ eꝰ
plixitas inducūt
obliuionē poꝰ ⁊
cibi: ideo ſ̄bditur
Sed in oꝛatione
pſiſtēs. aliꝫ etiam
exponit: qz modi
cū irrupit oꝛoez
⁊ in illa irruptō
ne modicā ſūpſit
refectōem: ⁊ ſic dr̄ hic nō ꝓmediſſe: ⁊ i oꝛoe pſtetiſſe: qz
qō modicū eſt qſi nihil reputaꝫ: vt dr̄. ij. phyſic. Uñ ⁊ d
hoīe modicū comedēte dr̄: qꝛ nihil comedit vulgari ſer
mone. i Fcm̄ eſt ⁊c. dñi ꝓple. oꝛoem. melioꝛ eſt eni fi
nis oꝛonis q̄ pricipiū: Eccls. vij. ꝓpr̄ qō aſſurrexit eius
anim̄ ad laudandū deū dicēs: k Bñdictū ē no. tu.
deꝰ pa. nr̄oꝝ. q̄ es verꝰ deꝰ: nō ſic āt dr̄ gētiliū. l Qui
cū iratꝰ fueriſ. puniēdo. m Miſericordiā facies. ꝓſo
lando. n Et ī tpe tribulatōis pctā dimittis. qz pene
ſūt quedā pctoꝝ medicine. o Ad te dñe facīē meaz
ꝓuerto. i. ſimul vto: p qō intelligit hec ꝓuerſio de duplī
ci facie. ſ. mentis ⁊ coꝛpis. iudei eni in captiuitatē du cti
oꝛabāt verſa facie coꝛpis vſus hierlm: vbi ſpecialit̄ ha-
bitabat deꝰ: qz adhuc ſtabat tēplū vbi colebaꝫ: vt dcm̄
eſt. ē. j. ca. dañ. etiā. vj. dr̄: qꝛ i cenaculo domꝰ ſue oꝛabat
aptis feneſtris ꝫ hierlm. p Ad te oculos. mēt ⁊ coꝛ
pis. q Erigo. cū obtinēdi fiducia. r Peto do. vt
de vin. impro. huiꝰ abſol. me. nā erat valde graue. s
Aut certe deſup terrā erīpias me. hꝰ duplicit̄ exponitur
vno mō: qz loqtur ex infirmitate humana: ſic dcm̄ ē de

et demoniū noīe aſmodeꝰ
occideāt eos: mox vt igreſ
ſi fuiſſent ad eā. Ergo cū ꝓ
culpa ſua icreparet puellā
rñdit ei dicēs: Amplius ex
te nō videamꝰ filiū aut filiā
ſup terrā: interfectrix viroꝝ
tuoꝝ. Nunqd ⁊ occidē me
vis ſic etiā occidiſti ſeptē vi
ros? Ad hāc vocē prexit
in ſupius cubiculū domuſ
ſue: et tribꝰ die ⁊ tribꝰ no-
ctib⁹ nō manducauit neqz
bibit: ſed i oꝛone pſiſtēs cū
lachrymis depcabaꝫ deū:
vt ab iſto ipropio liberaꝫ
eā. Factū eſt aūt die tertia
dū ꝓpleret oꝛoez: bñdicēs
dñm dixit: Benedictuz eſt
nomē tuū deꝰ patꝝ nr̄oꝝ
qui cū iratꝰ fueris: miaz fa
cies: et in tpe tribulatōnis
peccata dimittis his q̄ ĩuo
cāt te. Ad tē dñe facīē meā
ꝓuerto: ad te oculos meos
erigo. Peto dñe vt de vin
culo improperij huiꝰ abſol
uas me: aut certe deſup ter
rā erīpias me. Tu ſcis dñe
qz nūqz ꝓcupiui vizet mū
dā ſeruauī aiaz meā ab oī
ꝓcupiſcentia. Nunqz cū lu
dētib⁹ miſcui me: neqz cum
his q̄ in leuitate ābulāt pti
cipē me pbui. Uiz aūt cuz
timore tuo nō cū libidine
mea cōſēſi ſuſcipē. Et aut
ego indigna fui illꝰ: aut illi
forſitā mihi nō fuerīt digni:
qā forſitā viro aliꝫ ꝓſeruaſti
me. Nō ē eī in hoīs ptāte
ꝓſiliū tuū. Hoc aūt p certo
hz ois q̄ colit te: qnia vita
eiꝰ ſi in pbatōe fuerit cōro-
nabit̄: ſi aūt i tribulatōe fu
erit liberabit̄: etſi in corru-
ptōe fuerit: ad miaz tuā ve
nire licebit. Nō eni delecta
ris in pditōib⁹ nr̄is: qnia pⁿ
tēpeſtatē trāqllū fac: et pⁿ
lachrymatōez ⁊ fletū: gau-
diū ⁊ exultatōez infundis.
Sit nomē tuū deꝰ iſrl bñdi
ctū i ſecula. In illo tpe ex-
audite ſūt preces amboꝝ i
ꝓſpectu glie ſūmi dei: ⁊ miſ
ſus eſt angelus dñi ſacꝰ ra
phael vt curaret eos ābos
quoꝝ vno tpe ſūt oꝛoes in
conſpectu dñi recitate.

tobia. Alio mō qz ſic loqtur timēs ne ſi iſta ſibi frequenter
irrogarent: ꝓ ipatientia frāgeret: ⁊ meliꝰ eēt ſibi morte ꝓ-
cupari: q̄ ab innocētia mutari: ſic ſapie. iiij. dr̄: Juſtꝰ ſi ꝓ-
cupatꝰ morte fuerit: i refrigerio erit. raptꝰ eſt eni ne malicia
mutaret aiam eiꝰ. t Tu ſcis dñe qz nūq̄ ꝓcupiui vizet. in
oꝛdiate. v Et mū
dā ſeruauī aiam. hoc
nō dicit iactāter: ſed
magis gratāter: ſciēs
hoc ſe habuiſſe ex di
uino munere: ⁊ ſic iu
ſti legūtur bona ſua
coraz deo hūiliter reco
luiſſe: ſic dixit ezechi
as. iiij. regū. xx. Dñe
memento quō ambu
laueri in veritate co-
rā te ⁊c. x Nunq̄
cū ludētib⁹. diſſolute
⁊ ihoneſte. y Miſ
cui me. me ingerēdo.
Uirū autē cū timore
tuo. i. amore ꝓpr̄ ad
cultū tuū educande.
z Non cū lubidine
mea. i. libidine mota
a Conſenſi. parēti
bus meis hoc volēti
bus. b Suſcipe. i
ꝓiugiū: c Et aut
ego indigna fui illis.
pro peccatis occultis
meis. d Aut illi
forſitā ⁊c. hoc dicē qz
de indignitate alioꝝ
nolebat temere iudi-
care. e Quia for-
ſitā viro aliꝫ cōſuaſti
me. in mea vginitate.
f Nō ē eni i ho. po.
ꝓſi. tuū. q. d. de cā hꝰ
rei cognita tibi ſoli ñ
poſſumꝰ certitudina-
liter aliq̄d ſcire. g
Hoc aūt p certo hz.
fidei certitudine. h
Ois q̄ colit te. pure ⁊ deuote. i Quia vita eiꝰ ſi in pba
tōe fuerit. i camino tribulatōis: ſicut auꝝ i fornace vbi pur
gat ⁊ meliorat. k Coronabit̄. corona celeſtis glorie. l
Etſi i coꝛruptōe fuerit. peccās ex ignorātia vel infirmitate.
m Ad miſericordiā tuā licebit venire. peccata eni hꝰ mōi
magis ſūt remiſſibilia: q̄ illa q̄ ꝓcedūt ex certa malicia.
n Nō eni delactaris i pditōib⁹ nr̄is. ſed i emēdatōib⁹ no-
ſtris p flagella: iō ſubdit: o Qz poſt tēpeſtatē. tribulati
onū. p Trāquillū facis. ꝓſerēdo pacis donū. q Et
poſt lachrymatōez ⁊ fletū. pſentis miſerie. r Gaudiū ⁊
exultatōez infundis. p donū gre ⁊ glorie. s Sit nomē tuū
deꝰ iſrl bñdictū. i. in oib⁹ ⁊ ab oib⁹ bñdicaē. t In ſcla. i.
vſqz in eternū: nā eternitas q̄ eſt tota ſil: nō pōt a nobis cō
prehendi: niſi p ꝓpatōez ad tēpus ifinitū. v In illo tpe.
Hic ꝓpr̄ ponit dcē narratōis rō. ſ. pⁿ factū tobie cuꝰ oꝛo ⁊
ſare habueꝛt ſilitudinē ex pte cauſe: ⁊ ex mō depcādi: vt pz
p pdcā: fuerꝛt etiā eo dē tpe coꝛā deo recitate: ⁊ ab eo exaudi
te: ꝓpr̄ qō miſſus ē idē nūciꝰ. ſ. raphael angelꝰ ad exequēdū
circa eos effectū bonitatis diuine: ⁊ hoc ē qō dr̄: In illo tpe
exaudite ſūt pces coꝝ ⁊c. ⁊ patet lra.

Igitur cū tobias ꝛc̄. Descripta ꝯuersatōne .IIII. tobie virtuosa: h̄ ꝯnter describit eiꝰ ꝯsolatio grosa: quā quidē fecit deꝰ ꝑ angelū filij sui ductorē in ĩtraz medoꝝ: q̄ reuertens attulit diuitias ad releuādū parētū suorū pauptatē: ꝛ medicinā ad curādū p̄ris sui cecitatē. sic ergo ꝓcedit: qꝛ ꝑmo ponit filij missio: 2° eiusdē reuersio .x.ca. prima ĩ duas: qꝛ primo tobias mittit filiū suum: 2° filiꝰ exequitur p̄ris imperium: ca. v. prima adhuc ĩ duas qꝛ ꝑmo pr̄ filium instruit: 2° legatōnem ei iniūgit: ibi Indico etiam tibi. Circa filij instructōez ꝑmo excitat eiꝰ attentōem dicens: b Audi fili mi. verba oris mei: ñ tm̄ auribus corporis: sz etiā mentis: iō seq̄tur: c Et ea in corde tuo q̄si fūdam̄ta ꝯstrue. s. edificij spūalis: vt ex eo ꝯsurgat multiplicatō bone opatōnis. ꝯnter subdit illā instructionem: qꝛ pr̄ nō solū debet filio nutrimentū: sed etiā documētum ꝛ ꝑmo instruit filiuz de reuerentia parētū vt ex sensibilibꝰ ꝛ magis notis ꝓcedat ad intelligibilia ꝛ minꝰ nota dicēs: d Cū accepit deꝰ aiam meaz. mortē eni suam putabat ꝓpiquā vt dcm̄ ē e Corpꝰ meū sepeli. s̄m eni fidē nr̄am corpora fideliū resurgēt ad vitā immortalē: ꝓpt̄ qd̄ sancti p̄res de sepulturis habuerūt rōnabilit̄ curā bonā. f Et honorē habebis mr̄i tue. nō solū eā reuerēdo sz etiā necessaria ministrādo ĩ vita ꝛ in morte ĩ qua indiget sepultura: iō subditur: Cum autem ip̄a ꝯpleuerit ꝛc̄. subdit: h Omnibꝰ. Hic ꝯnter instruit eū de obediētia ad deū dicēs: Oībꝰ autē diebꝰ vite tue in mēte habeto deū. ꝑ verā fidē ꝛ dilectōem. i Et caue ne quādo peccato ꝯsentias. licet eni s̄m augustinū nō sit ĩ ptāte nr̄a quibꝰ visis tangamur: tñ est ĩ ptāte nostra ea respuere vel acceptare. k Et ꝑtermittas ꝑcepta dei nr̄i. ea trāsgrediendo. l Ex substātia tua. Hic tertio ip̄m instruit de misericordia ad ꝓximū dicēs: Ex substātia tua fac elemosynā. ꝛ nō de alieno. m Et noli auertē faciem tuā ab vllo paupe. q. d. si nō potes exhibē manū: exhibeas tñ aim ꝛ ꝯpassionis signū: nā de hꝰ mōi ĩpossibilitate nullꝰ se pōt excusare. n Ita eni fiet vt nec a te auertatur facies dñi. ꝓpt̄ qd̄ dic̄ saluator: Luce. vj. Date ꝛ dabit̄ vobis. ꝛ qm̄ elemosyna ē discrete faciēda. s. s̄m possibilitatem faciētis: iō subdit: o Quō potueris ita esto misericors ꝛc̄. qꝛ sic nō est elemosyna faciēda: vt recipiētibꝰ sit remissio ꝑ abūdantiā vel sufficiētiā: faciētibꝰ aūt tribulatio per indigētiā: vt hr̄ scd̄a corith. viij. nisi qñ ꝓpt̄ christū vult eē pauper: vt cū q̄s religionē ingredit: vt sic paup̄ christū pauperē ꝑfectiꝰ seq̄tur. p Etiā exiguū libēter imptiri stude. nā in hꝰ magꝰ pēsat affectꝰ q̄ sensus: ꝓpt̄ qd̄ saluator plꝰ reputauit duo minuta a paupe vidua oblata: q̄ diuitum munera magna: Mar. xij. ꝛ sbdit̄ rō faciēdi elemosynā cū dr̄: q Premiū eni bonū tibi thesauriças. tibi ꝓuidēdo. r In die necessitatis. i. mortis: qꝛ sicut dicit augꝰ. Sola mia comes est defunctoꝝ: ꝛ ĩ die iudicij generalꝰ: qꝛ tūc iudex dicet: Uenite bñdicti patris mei: ꝑcipite ꝑatū vobis regnū. ꝛ sbdit: Esuriui eni ꝛ dedisti mihi manducare ꝛc̄. Matthei. xxv. iō sbdit s Qm̄ ele. ab oi pec. ꝛ a morte. s. gehēne: t Liberat ē ei int̄ alia mie opa valde satisfactoria: Dani. iiij. Pctā tua elemosynis redime. cetera patēt. v Attende tibi. Hic q̄rto istruit filiuz d̄ inocētia d̄ seipo dicēs: Attēde tibi fili mi ab oi fornicatōe. s. corpali ꝛ spūali: q̄ est idolatria: ꝛ sb̄ fornicatōe corpali intelligit adulterium: ꝛ oē carnis pctm̄: iō subditur: Et preter vxorē tuā ꝛc̄. Cōsequent̄ iustruit eū de hūilitate vera dicēs: x Supbiā nunq̄ ĩ tuo sensu. i. in tuo corde: y Aut ĩ verbo tuo. i. ĩ exteriori signo vel ope: a Dñari ꝑmittas. nō dicit euenire: qꝛ ĩpossibile est: quin insurgāt elatōes alique: sz tūc dominātur: qñ q̄s impetū earū sequēs s̄m eas opatur: qd̄ pōt ab hoie caueri. b In ip̄a eni initiū sūpsit oīs ꝑditio. nā ꝑmū pctm̄ angeli fuit supbia: ex q̄ secutū ē peccatū hoīs ꝑ tētatōnem demonis: Gene. iij. c Quicūq̄. Hic quīto instruit filiū de iusticia ad opariū dicēs: Quicūq̄ tibi opa. fue. ali. sta. mer. ei restitue. qꝛ tales vt cōiter sunt paupes de labore suo q̄tidianū victū acq̄rentes: ꝛ iō lex q̄ ferēda ē s̄m id qd̄ accidit vt ĩ plibꝰ: ꝑcipit leuit̄. xix. q̄ merces taliū nō retineat vsq̄ ĩ mane diei sequētis. d Quod ab alio odis fieri tibi ꝛc̄. hꝰ eni est de iure nāli. e Panē tuū cū esuriētibꝰ ꝛc̄. bñficia eni collata talibꝰ q̄ nō pñt retribuere: sunt apud deū meritoria. f Panē tuū. Hic sexto instruit filiū de pietate ad defūctos dicēs: Panē tu. ꝛ vi. tu. sup sepul. iusti ꝯstitue. ex hꝰ aliq̄ accipiētes occasionē errādi solebāt sup sepulchra parētū defūctoꝝ cibaria ponere: q̄si mortui cibis corpalibꝰ indigerēt quod improbat augustinꝰ in sermone de cathedra sancti petri. Alij vero magna festa ĩ morte parētum faciebant ad ostētatōem: ꝛ inde depau-

Igitur cū tobias putaret orōnez suam exaudiri vt mori potuisset: vocauit ad se tobiā filium suū: dixitq̄z ei: Audi fili mi v̄ba oris mei: et ea in corde tuo q̄si fūdamētum ꝯstrue. Cū accepit deꝰ aiaz meā: corpus meū sepeli: et honorē habebis mr̄i tue: oībꝰ diebꝰ vite eiꝰ. Memor eni eē debes: q̄ ꝛ quāta pericula passa sit ꝓpter te in vtero suo. Cum autē ꝛ ip̄a cōpleuerit tēpꝰ vite sue: sepelies eā circa me. Oībus aūt diebꝰ vite tue in mente habeto deuz: et caue ne aliqñ pctō ꝯsētias: et ꝑtmittas ꝑcepta dei nr̄i. Ex substantia tua fac elemosynā: et noli auertere faciē tuā ab vllo paupe. Ita eni fiet: vt nec a te auertat facies dñi. Quō potueris: ita esto misericors Si multū tibi fuerit: abundant tribue: si exiguuz tibi fuerit: etiā exiguū libenter ĩ partiri stude. Premiū eni bonū tibi thesauriças ĩ die necessitatis: qm̄ elemosyna ab oi pctō ꝛ a morte liberat: ꝛ nō patiet aiam ire in tenebras. Fiducia magna erit corā sūmo deo elemosyna oībus facientibꝰ eaz. Attende tibi fili mi ab oi fornicatōe: et ꝑter vxorē tuam nunq̄z patiaris crimen scire. Supbiā nūq̄z in tuo sensu aūt in tuo v̄bo dñari ꝑmittas. In ip̄a eni initiuz sūpsit oīs ꝑditio. Quicūq̄z tibi aliqd opatꝰ fuerit: stati ei mercedē restitue: ꝛ merces mercenarij tui apud te oīno nō remaneat Qd̄ ab alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliqñ alti facias. Panē tuū cū esuriētibꝰ ꝛ egētibꝰ comede: ꝛ de vestimētis tuis nudos tege. Panē tuum ꝛ vinū tuū sup sepulturā iusti ꝯstitue: ꝛ noli ex eo

perabant: hoc nō intelligit ḥ tobias: ſz q̄ morte iuſtoꝝ paſcēdi ſunt paupes ꝓ aīab⁹ eoꝝ ⁊ ad excludendū iſideles ſubdit: Et noli ex ea māducare ⁊c. ſequtur: g Cō ſiliū. Hic ſeptimo filiū inſtruit de prudētia ꝓſiliū in ou bꝫs requrendo. o. Cōſiliū ſp a ſapiēte. in illa re de q̄ cōſi liū querit: h Perqre .i. pfecte requre: ⁊ nō ſupfi cialit tm̄: nā cuilibet expto i ſua ſcientia credenduz ē ⁊ q̄ ꝓſiliū hois ñ eſt oino ſolidū: iō docet recurrē ad diuinū. o. i Omni tpe. ſ. pꝛoſperitatiſ ⁊ aduerſitatis. k Bñdic deū. ipm̄ laudādo. l Et pete ab eo vt vias tuas dirigat. i agēdis. m Et oia ꝓſilia tua i ipo p̄maneāt. q̄ nō dz homo q̄rere ꝓſilium niſi de bonis agēdis: ⁊ maliſ fugiendis: ⁊ oē tale ꝓſiliū eſt fm̄ deū. n Jndico etiaz tibi. Poſtq̄ tobias filiuz ſuum de moꝛib⁹ inſtruxit: hic ꝓfiter ꝓ debito repetēdo ſibi legatoꝛes iniūgit. o. Jndico etiaz tibi fili mi. Erat enim neceſſitas indicādi: eo q̄ credebat morte ſuā appꝛopinq̄re vt ꝓdcm̄ ē vt ſic debitū ante morte ei⁹ redderetur: ⁊ q̄ fili⁹ illud debitū ignoꝛabat iō ſubdit: o Dediſſe me ⁊c. infātulus eēs. i. non habēs adhuc vſum de bitū rōnis. p Babelo i rages ciuitate medoꝛ. ſic dictū eſt ſupꝛa. iij. ca. q Et chirographū ei⁹. i. lr̄am obligatoꝛiā de reſtitutōe. r Apud me habeo. p quam debituz poterit reuocari. cetera patēt vſq̄ ibi: s Noli timere fili mi. laboꝛez itineris ⁊ paupertatē: ⁊ ſubdit rōem dicēs: t Pauperē quidē vitā gerim⁹. in preſenti ſeculo. v Sed multa bona habebim⁹. in futuro. x Si timuerim⁹ deū. timoꝛe filiali. y Et receſſerimus ab omni peccato. moꝛtali: nā oē veniale nō poſſumus oino vitare. z Et fecerim⁹ bene. iſte ſunt due pꝛtes iuſticie. ſ. declinare a malo ⁊ facere bonū. .V.

Tunc rñdit tobias. Poſtq̄ pz inſtruxit filiū. ḥ cō ſequēter exeq̄tur fil⁹ pīs imperiū: ⁊ diuidit in tres ptes: q̄ pmo deſcribit itineris apparat⁹: 2° poſt iuuenis receſſus: ibi Tūc pat oib⁹. 3° vie pgreſſus i pricipio capituli ſexti. Circa pmū primo ductoꝛ itineris inqrit pcipitur: 2° queſit⁹ inuenit: ibi Tūc egreſſus. z° iuētus examinat: ibi Dixit itaq̄. Circa pmū primo ponit obedientis filij rñſio dicētis: b Oia ⁊c. faciā pz cū diligentia: ꝓfiter petit edoceri de via dicēs: c Quo aūt ⁊c. inq̄ram ignoꝛo. nā debitoꝛē ⁊ etiā viā ignoꝛabat: iō ſubditur: Jlle me neſcit ⁊c. ⁊ ſubdit inſtructio pīis ò vtroq̄. ſ. de modo repetēdi: ⁊ de via p ductoꝛē pueniētem ⁊ pmo de ligno dādo debitoꝛi cū dz: d Chirographū q̄dez. q̄ò eſt ſignuz manifeſtū debiti. e Quō cū illi oñderis ſtatim reſtituet. de fidelitate eni gabeli ꝓfidebat: ⁊ ſi negare vellet p chirographū artari poterat: 2° inſtruit eum de modo cūdi per viam. ſ. p ductoꝛez fidelem cū ſubdit: Sed pge nūc ⁊c. ⁊ pz littera f Tunc egreſſus. Hic ꝓfiter ductoꝛ q̄ſi ei⁹ inuenitur cū dicit: g Jnuenit iuuenē. i. angelū in ſpecie iuuenis apparētē. h Splēdidum. i. i facie valde pulchꝝ. i Stātē p̄cinctū ⁊c. apparitōes eni angelice in coꝛpib⁹ aſſumptis fiūt fm̄ ꝓprietates legationū ad q̄s angeli mittūtur: ⁊ quia iſte mittebat a deo ad ducendū filiū tobie p viam: iō apparebat tanq̄ diſpoſit⁹ ad itenerā dū. k Uñ te habemus bone iuuenis. i. de qua gēte es tu: q̄a nolebat hīe ductoꝛez gentilē: ſz iſraelitam. l At ille rñdit: ex filijs iſrl̄. vez dixit q̄uis nō eēt hō: nā illa q̄ ab angel̄ inī hoies fiūt ſūt figuratiua: ſicut conteſtio coꝛ fruitōem glorie ſignat: vñ infra. xij. ca. dixit angelus iſte: cū eēm vobiſcū p volūtatē dei videbar quidē vobiſcū māducare ⁊ bibere: ſz ego cibo inuiſibili ⁊ potu q̄ ab hōib⁹ videri non pōt vtoꝛ: ⁊ eodē modo locutio ei⁹: q̄z dicit ſe eē ex filijs iſrl̄ ſignat ꝓiūctōem charitatis: q̄z ſancti angeli ꝓiūcti ſunt fidelibus deuotis. cetera patēt vſq̄ ibi: m Et oia itinera ei⁹ frequēter ambulaui. p hoc deſignat ei⁹ pmptitudo ad exequēdū māndata dei circa hoies ad dei gloriā: ⁊ electoꝝ ſalutē: fm̄ q̄ dicit bebꝛe. j. Oēs adminiſtratoꝛij ſūt ſpūs in miniſteriū miſſi: ꝓpt̄ eos q̄ capiūt hereditatē ſalutis. n Et māſi apud gabelū. nā angeli ſācti libent̄ moꝛant cū iſtis cetera patēt vſq̄ ibi: o Sup q̄ admirat⁹ pī. q̄ ita cito inuēt⁹ fuiſſet ductoꝛ aptus. p Jngreſſus itaq̄. Hic conſequēter ductoꝛ inuēt⁹ examinat: premittit tñ ſalutatio ſenioris tobie ⁊ eius reſpōſio cū dicitur: q Quale gaudium mihi erit ⁊c. hoc nō dixit ex impatiētia ſue cecitatis: ſed cō tēnens gaudium preſentis vite: ⁊ ſperans gaudium future.

r Fortiaio esto.in patientia pseuerãdo. s In primo est vt a deo cureris.ad hoc eni erat missus a deo:t iõ certitudinaliꝫ sciebat hoc esse futuꝝ.cetera patẽt vsq; ibi: t Ego du.t redu.eũ ad te.hoc eni futuꝝ eẽ sciebat ex diuina reuelatõe. v Indica mihi de q̃ domo tẽ. Si vna eni tribu israel erãt plures dom' decẽ etiã trib' erãt capriuate:iõ tobias q̃rit de vtraq; scz tribu t domo. x Hen' q̃ris mercenarij tẽ.q.d.nõ est tibi curãduz de genere illi': q̃ debz filiũ tuuz ducere pro mercede:sed de eius aptitudine t fidelitate q̃ pditões sũt in me.

y Sz ne forte solicitũ te reddã.i. dubiũ. z Ego sũ aça. ana. mag. filius. vez dixit angel'.qz sic dcm̃ est: locutio ei' erat figuratiua: Açarias aũt intꝛpretatur adiutor dei: angeli vero sũt adiutores dei:iq̃tũ p eoꝝ misteriũ electi dirigũtur in salutẽ:t h' mõ dicit aplus pma coꝛ. iij. de se t aliis pdicatoꝛib' dei Adiutores sum'. ananias vo intꝛpretatur gra dei:cui' filij sunt angeli eo mõ quo dicunt filij glie: q̃ est gra pfumata nõ tm̃ sic intellexit tobias sed q̃ eẽt homo filius cuiusdã viri notabil' de tribub' israel:qui sic vocaret:nec i hoc angel' eũ decepit: qz tobias melius habuit itẽtũ suuz.s. filij sui ductoꝛe bonũ: q̃ si esset homo de genere quã tũcũq; magno.cetera patẽt in lra. a Tũc patis. Hic pñter ostendit tobie iuniozis recessus cũ oi: b Fecit tobias vale patri suo t mri sue. nõ eni decẽs erat:q̃ ab eis recederet absq; salutatione:t sequtur mris fletꝰ ex mrna pietate:

c Baculũ senectutis nre.i.sustẽtamẽtũ: filij eni senib' parẽtib' debẽt misterium reuerẽtie t puisionis necessarie si indigeant. d Nunq̃ fuisset pecunia ista tẽ.hoc dicit maꝛno affectu mota. e Ut diuitias pputarem'.i.reputarem' nos hẽe. f D'q̃ vide.si.nrm.i.sensu percipiebam' ipm eẽ nobiscũ. Pat eni cũ esset ceꝰ nõ poterat eũ videre:poterat tm̃ ipm tangere t audire:t sic duplici sensu pñtiã ei' cognoscere:qõ h oi videẽ q̃tũ est ex pte pñis:vi us eni ppi sui nobilitatẽ aliq̃n accipit p alijs sensib':sic oi exo. xx. Pplus autez videbat voces.hic eni accipit videre p audire. g Salu' puer niet filius noster. ad terminum ad quem mittitur.cetera patent.

La.VI.

Profect' ẽ aut tobias. Descripto recessu iuniozis tobie: h pñr describit,processus sue vie t pmo ponit illõ qõ circa eũ fam̃ ẽ in via:2° in ẽmino vie.vij.ca°. Circa pmũ describit duplex bñficiũ tobie exhibitũ:qz pmo a deuozatõne piscis eripit:2° õ ducenda vxoze istruitur: ibi Et dixit ei. Pria adhuc in duas:qz pmo ponit eripiẽdi modꝰ 2° ereptõis fructꝰ ibi Tunc dixit. Circa pmũ dicit: a Profect' ẽ aũt tobias. vt pñs imperiũ adimpleret b Et canis secut' est eũ.sic cõit accidẽ solz: istud tm̃ põit h ad maiozẽ expssionẽ vitatis histoꝛice. c Et mãsit pma mãsione.i. pma dieta t hospitatõe: d Juxta fluuium tigris.q̃ est vn' de q̃tuoꝛ fluminib' paradisi:Hen. ij. e Et exiuit tẽ. vt lauaret pedes suos. ad recreãdũ q̃ laboꝛe itineris. f Et ecce piscis immanis i.magnus diuina,puidentia missus. g Exiuit ad deuozãdũ eũ.sic enim ei videbat: eo q̃ aptoꝛe veniebat ptra eũ. h Apphẽ de bꝛachiam ei'. i. pẽnulã que ẽ inter caput t coꝛp':qõ t fecit obediens suo doctoꝛi q̃uis hoꝛridũ videret sibi. i Tũc dixit. Hic cõsequẽter describit fructꝰ qui duplex ẽ:scz,puisio cibi: t etiã medicine:t patet littera vsq; ibi: k Assauit carnes eius.nõ totas sed illas que poterant comedi recentes. l Lotera salierunt.pro residuo itineris.cetera patent vsq; ibi: m Cordis eius particulam si super carbones ponas:

Afferte dño filij dei afferte dño filios arietum: afferte dño gloriam et honorem. Afferte dño gloriam nomini eius: adorate dñm in atrio sancto eius. Vox dñi super aquas: deus maiestatis intonuit: dñs super aquas multas. Vox dñi in virtute: vox dñi in magnificentia. Vox dñi confringentis cedros: et confringet dñs cedros libani. Et comminuet eas tanquam vitulum libani: et dilectus quemadmodum filius unicornium. Vox dñi intercidentis flammam ignis: vox dñi concutientis desertum: et commouebit dñs desertum cades. Vox dñi preparantis cerua: et revelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam. Dñs diluuium inhabitare facit: et sedebit dñs rex in æternum. Dñs virtutem populo suo dabit: dñs benedicet populum suum in pace.

Psalmus. xxix.

Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Dñe deus meus clamaui ad te: et sanasti me. Dñe eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum. Psallite dño sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius. Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum letitia. Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum. Dñe in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus. Ad te dñe clamabo: et ad deum meum deprecabor. Quis utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi pulis: aut annunciabit veritatem tuam? Audiuit dñs et misertus est mei: dñs factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum et circumdedisti me letitia. Ut cantet tibi gloria mea et non compungar: dñe deus meus in æternum confitebor tibi.

Psalmus. xxx.

In te dñe speraui non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam accelera ut eruas me. Esto mihi in deum protectorem et in domum refugij ut saluum me facias. Quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu: et propter nomen tuum dirige me et enutries me. Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendabo spiritum meum: redemisti me dñe deus veritatis. Odisti observantes vanitates supervacue: ego autem in dño speraui. Exultabo et letabor in misericordia tua: quia respexisti humilitatem meam. Saluasti de necessitatibus animam meam: et non conclusisti me in manibus inimici. Statuisti pedes meos in spatioso: miserere mei dñe quoniam tribulor. Conturbatus est in ira oculus meus anima mea et venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: et ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum obprobrium vicinis meis valde et timor notis meis. Qui videbant me foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum conuenirent simul accipere animam meam: decreuerunt. Ego autem in te speraui dñe dixi: deus meus es tu. In manibus tuis sortes meæ eripe me de manu inimicorum meorum et a persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua. Dñe non confundar quoniam inuocaui te: erubescant impij et deducantur in infernum. Muta fiant labia dolosa: que loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia et abusione. Quam magna multitudo dulcedinis tue dñe: quam abscondisti timentibus te. Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tue a conturbatione hominum. Protegis eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum. Benedictus dñs quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Ego autem dixi in excessu meo: proiectus sum a facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti orationem deprecationis meæ dum clamarem ad te. Diligite dñm omnes sancti eius: quoniam veritatem requiret dñs et retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in dño.

Psalmus. xxxi.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem die ac nocte. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumpna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci et iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam dño: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in dño misericordia circumdabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.

Psalmus. xxxii.

Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Confitemini dño in cithara: in psalterio decem cordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in uociferatione. Quia rectum est verbum dñi: et omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam et iudicium: misericordia dñi plena est terra. Verbo dñi celi firmati sunt: et omnis virtus eorum spiritu oris eius. Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. Timeat dñm omnis terra: et ab eo commoueantur omnes habitatores orbis. Quoniam ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. Dñs dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum et reprobat consilia principum. Consilium autem dñi manet in æternum: cogitationes cordis eius in generationem et generationem. Beata gens cuius est dñs deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi. De celo respexit dñs: vidit omnes filios hominum. De preparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur rex per multam uirtutem: et gigas non saluabitur in multitudine fortitudinis sue. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem uirtutis sue non saluabitur. Ecce oculi dñi super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Ut eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame. Anima nostra sustinet dñm: quoniam adiutor noster et protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius speramus. Fiat misericordia tua dñe super nos: quemadmodum speranimus in te.

Psalmus. xxxiii.

Benedicam dñm in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti et letentur. Magnificate dñm mecum: et exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dñm et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Iste pauper clamauit et dñs exaudiuit eum: et ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Immittet angelus dñi in circuitu timentium eum: et eripiet eos. Gustate et videte quoniam suauis est dñs: beatus vir qui sperat in eo. Timete dñm omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum. Divites egerunt et esurierunt: inquirentes autem dñm non minuentur omni bono. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos. Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo et fac bonum: inquire pacem et persequere eam. Oculi dñi super iustos: et aures eius in preces eorum. Vultus autem dñi super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum eripuit eos. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit. Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberabit eos dñs. Custodit dñs omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur. Mors peccatorum pessima: et qui odiunt iustum delinquent. Redimet dñs animas seruorum suorum: et non delinquent omnes qui sperant in eo.

Psalmus. xxxiv.

Iudica dñe nocentes me: impugna impugnantes me. Apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam et conclude aduersum persequentes me: dic anime mee: salus tua ego sum. Confundantur et reuereantur inquirentes animam meam: auertantur retrorsum et erubescant cogitantes mihi malum. Fiant sicut puluis ante faciem uenti: et angelus dñi coartans eos. Fiat uia illorum tenebre et lubricum: et angelus dñi persequens eos. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laqueus eorum: supervacue insidiati sunt animæ meæ. Veniat illi laqueus quem ignorat: et captio quam abscondit apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipsum. Anima autem mea exultabit in dño: et delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent dñe quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eo: et egenum a diripientibus eum. Surgentes testes iniqui quæ ignorabam interrogabant me: retribuebant mihi mala pro bonis. Sterilitas animæ meæ: ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam: et oratio mea in sinu meo conuertetur. Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic placebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et aduersum me letati sunt et congregati sunt: congregati sunt flagella super me et ignorabam. Dilacerati sunt nec compungebar: tentauerunt me subsannationes irrisionum: commolauerunt super me dentibus suis. Dñe quando respicies? Restitue animam meam a malignantium insidijs: a leonibus unicam meam. Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Non supergaudeant mihi qui inimici sunt mei mendaciter: qui oderunt me gratis et nutu. Quoniam mihi pacifice loquebantur: et in iram terre loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum dixerunt: euge euge uidere oculi nostri. Vidisti dñe ne sileas: dñe ne discedas a me. Exurge et intende iudicio meo: deus meus et dñs meus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam dñe deus meus: et non supergaudeant mihi. Ne dicant in cordibus suis: euge euge anime nostre. Ne dicant deuorauimus eum: erubescant et reuereantur simul qui letantur malis meis. Induantur confusione et reuerentia qui magnificantur super me: exultent et letentur qui uolunt iustitiam meam. Et dicant semper: magnificetur dñs qui uult pacem seruo suo. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

Psalmus. xxxv.

Dixit iniquus ut delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intellegere ut bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni uie non bone malitiam autem non odiuit. Dñe in celo misericordia tua: et ueritas tua usque ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa. Homines et iumenta saluabis dñe: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab ubertate domus tue. Et torrente uoluptatis tue potabis eos: quoniam apud te est fons uite. Et in lumine tuo uidebimus lumen: prolonga misericordiam tuam scientibus te. Et iustitiam tuam his qui recto sunt corde: non ueniat mihi pes superbie. Et manus peccatorum non moueat me: ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem. Expulsi sunt nec potuerunt stare: impetum dederunt cadere.

Psalmus. xxxvi.

Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fenum velociter arescent: et quemadmodum olera herbarum cito decident. Spera in dño et fac bonitatem: et habita in terra et pascere in diuitijs eius. Delectare in dño et dabit tibi petitiones cordis tui: da dño uiam tuam et spera in eo et ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam: et iudicium tuum sicut meridiem. Subditus esto dño et ora eum: noli emulari eum qui prosperatur in uia sua. Super uirum facientem iniquitates: cessa ab ira et dimitte furorem. Noli emulari ut benefaciat: quoniam malefactores exterminabuntur. Sustinentes autem dñm ipsi hereditabunt terram: adhuc enim modicum et non erit peccator. Et quæres locum eius et non inuenies: mansueti autem hereditabunt terram. Et delectabuntur in multitudine pacis: obseruabit peccator iustum et stridebit super eum dentibus suis. Dñs autem irridebit eum: quoniam prospicit quod ueniet dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum. Ut deiciant pauperem et egenum: ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum confringatur. Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos dñs. Nouit dñs dies immaculatorum: et hereditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo: et in diebus famis saturabuntur. Quoniam peccatores peribunt: et inimici dñi mox ut honorificati exaltati et deficientes. Quasi fumo deficient: mutuabitur peccator et non soluet. Iustus autem miserebitur et tribuet: quia benedicentes ei hereditabunt terram. Maledicentes autem ipsi disperdentur: et semen impiorum interibit. Iustorum autem dirigentur gressus: et uiam eius uolet. Declina a malo et fac bonum: et habita in seculum seculi. Quia dñs amat iudicium: et non derelinquet sanctos suos. In æternum conseruabuntur: iniusti autem punientur. Et semen impiorum peribit: iustorum autem hereditabunt terram. Et habitabunt super eam in seculum seculi. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. Lex dei ipsius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Obseruabit peccator iustum: et quærit mortificare eum. Dñs autem non derelinquet eum in manibus eius: nec condemnabit eum cum iudicabitur. Expectabis dñm et custodies uiam eius: et exaltabit te ut hereditate possideas terram. Cum perierint peccatores uidebis: exaltatus sum et eleuatus sicut cedros libani. Et transiui et ecce non erat: et quæsiui eum et non est inuentus locus eius. Obserua innocentem et uide rectum: quoniam sequentia uiro pacifico. Iniqui autem disperdentur simul: reliquiæ impiorum interibunt. Salus autem iustorum a dño: et protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos: et eripiet eos a peccatoribus et saluos faciet eos. Quoniam speranerunt in eo.

Psalmus. xxxvii.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices meæ: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est: dereliquit me uirtus mea et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei aduersum me appropiabunt et steterunt: et qui iuxta me erant de longe steterunt. Et uim faciebant qui quærebant animam meam: et qui inquirebant mala mihi locuti sunt uanitates. Et dolos tota die meditabantur: ego autem tanquam surdus non audiebam. Et sicut mutus non aperiens os suum: factus sum sicut homo non audiens. Et non habens in ore suo redargutiones: quoniam in te dñe speraui. Tu exaudies me dñe deus meus: quia dixi nequando supergaudeant inimici mei mihi. Et dum commouentur pedes mei in me magna loquebantur: quoniam ego in flagella paratus sum. Et dolor meus in conspectu meo semper: quoniam iniquitatem meam annunciabo et cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei uiuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me dñe deus meus ne discedas a me: intende in adiutorium meum dñe uirtutis meæ. Vocauit me et dixit mihi: ego sum salus tua.

Psalmus. xxxviii.

Dixi custodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui et humiliatus sum: et silui a bonis. Et dolor meus renouatus est: concaluit cor meum intra me. Et in meditatione mea exardescet ignis: locutus sum in lingua mea. Notum fac mihi dñe finem meum: et numerum dierum meorum quis est. Ut sciam quid desit mihi: ecce mensurabiles posuisti dies meos et substantia mea tanquam nichilum ante te. Verumtamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens: uerumtamen in imagine pertransit homo. Verumtamen frustra conturbatur: thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ est expectatio mea nonne dñs: et substantia mea apud te est. Et ab omnibus iniquitatibus meis eripe me: opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meum: quoniam tu fecisti. Amoue a me plagas tuas: a fortitudine manus tue ego defeci. In increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem: et tabescere fecisti sicut araneam desiderium eius. Verumtamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens: exaudi dñe orationem meam et deprecationem meam auribus percipe lacrimam meam. Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te: et aduena sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer: antequam abeam et amplius non ero.

Psalmus. xxxix.

Expectans expectaui dñm et intendit mihi: et exaudiuit deprecationem meam. Et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis: et statuit super petram pedes meos et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum: carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt: et sperabunt in dño. Beatus uir cuius est nomen dñi spes eius: et non respexit in uanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu dñe deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciauit et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce uenio. In capite libri scriptum est de me: ut faciam uoluntatem tuam deus meus uolui et legem tuam in medio cordis mei. Annunciauit iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo dñe tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: ueritatem tuam et salutare tuum dixi. Non occultaui misericordiam tuam et ueritatem tuam a concilio multo. Tu autem dñe ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et ueritas tua semper susceperunt me. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee et non potui ut uiderem. Multiplicate sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me. Complacere dñe ut eruas me: dñe ad adiuuandum me respice. Confundantur et reuereantur simul: qui querunt animam meam ut auferant eam. Auertantur retrorsum et erubescant: qui uolunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te: et dicant semper magnificetur dñs qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum et pauper: dñs sollicitus est mei. Adiutor meus et protector meus es tu: deus meus ne tardaueris.

Psalmus. xl.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dñs. Dñs conseruet eum et uiuificet eum et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animas inimicorum eius. Dñs opem ferat illi super lectum doloris eius: uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Ego dixi dñe miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt malum mihi: quando morietur et peribit nomen eius? Et si ingrediebatur ut uideret uana loquebatur: collegit iniquitatem sibi egressus foras loquebatur idipsum. Aduersum me omnes inimici mei cogitabant mihi mala: uerbum iniquum statuerunt aduersum me. Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Et homo pacis meæ in quo speraui qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. Tu autem dñe miserere mei et resuscita me: et retribuam eis. In hoc cognoui quoniam uoluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedictus dñs deus israel: a seculo et usque in seculum. Fiat fiat.

Psalmus. xli.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fortem uiuum: quando ueniam et apparebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies ubi est deus tuus? Hec recordatus sum et effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei. In uoce exultationis et confessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare uultus mei deus meus. Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermoniim a monte modico. Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum: omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. In die mandauit dñs misericordiam suam: et nocte canticum eius apud me. Oratio deo uite mee dicam deo: susceptor meus es quare oblitus es mei? Et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus? Dum confringuntur ossa mea exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei: dum dicitur mihi per singulos dies ubi est deus tuus? Quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare uultus mei et deus meus.

Psalmus. xlii.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso eripe me. Quia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam et ueritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare uultus mei et deus meus.

Psalmus. xliii.

Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annunciauerunt nobis: opus quod operatus es in diebus eorum et in diebus antiquis. Manus tua gentes delesti et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos. Non enim in gladio suo possederunt terram: et brachium eorum non saluum fecit eos. Sed dextera tua et brachium tuum et illuminatio uultus tui: quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas saluationes iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos confudisti. In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur in seculum. Verumtamen repulisti et confudisti nos: et non egredieris deus in uirtutibus nostris. Auertisti nos retrorsum a facie inimici: et qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues escarum: et in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio: et non fuit multitudo in commutationibus eorum. Posuisti nos opprobrium uicinis nostris: subsannationem et derisum his qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos similitudinem in gentibus: commotionem capitis in populis. Tota die uerecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me. A uoce exprobrantis et obloquentis: a facie inimici et persequentis. Hec omnia uenerunt super nos et non te obliti sumus: et inique non egimus in testamento tuo. Et non recessit retrorsum cor nostrum: et declinasti semitas nostras a uia tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: et operuit nos umbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requiret ista? Ipse enim nouit abscondita cordis: quoniam propter te mortificamur tota die. Estimati sumus sicut oues occisionis: exurge quare obdormis dñe? Exurge et ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis? Obliuisceris inopie nostre et tribulationis nostre? Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: adhesit terre uenter noster. Exurge dñe adiuua nos: et redime nos propter nomen tuum.

Psalmus. xliv.

Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe: qui uelociter scribit. Speciosus forma prę filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. Propterea benedixit te deus in æternum: accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Propter ueritatem et mansuetudinem et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute potentissime: populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi: uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie prę consortibus tuis. Myrrha et gutta et cassia a uestimentis tuis: a domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato: circumdata uarietate. Audi filia et uide et inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dñs deus tuus et adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus: uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis ab intus: in fimbrijs aureis circumamicta uarietatibus. Adducentur regi uirgines post eam: proximę eius adducentur tibi. Adducentur in letitia et exultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui in omni generatione et generationem: propterea populi confitebuntur tibi in æternum et in seculum seculi.

Psalmus. xlv.

Deus noster refugium et uirtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris. Sonuerunt et turbate sunt aque eius: conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit uocem suam et mota est terra. Dñs uirtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob. Venite et uidete opera dñi: que posuit prodigia super terram. Auferens bella usque ad finem terre: arcum conteret et confringet arma et scuta comburet igni. Vacate et uidete quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. Dñs uirtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

Psalmus. xlvi.

Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in uoce exultationis. Quoniam dñs excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatem suam: speciem iacob quam dilexit. Ascendit deus in iubilatione: et dñs in uoce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter. Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum deo abrahe: quoniam dii fortes terre uehementer elati sunt.

Psalmus. xlvii.

Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione uniuerse terre mons sion: latera aquilonis ciuitas regis. Deus in domibus eius cognoscetur: cum congregati fuerint reges terre conuenire in unum. Ipsi uidentes sic admirati sunt: conturbati sunt commoti sunt. Tremor apprehendit eos: ibi dolores ut parturientis. In spiritu uehementi conteres naues tharsis: sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate dñi uirtutum. In ciuitate dei nostri deus fundauit eam in æternum: suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua. Letetur mons sion et exultent filie iudee: propter iudicia tua dñe. Circumdate sion et complectimini eam: narrate in turribus eius. Ponite corda uestra in uirtute eius: et distribuite domos eius. Vt enarretis in progenie altera: quoniam hic est deus deus noster in æternum et in seculum seculi. Ipse reget nos in secula.

Psalmus. xlviii.

Audite hec omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Et filij hominum simul: diues et pauper. Os meum loquetur sapientiam: et meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositiones meas. Quare timebo in diebus malis: iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in uirtute sua: et in multitudine diuitiarum suarum. Frater non redimit redimet homo: non dabit deo placationem suam. Et pretium redemptionis animæ eorum: et laborabit in æternum et adhuc uiuet in finem. Non uidebit interitum cum uiderit sapientes morientes: simul insipiens et stolidus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas: et sepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie et progenie: uocauerunt nomina sua in terris suis. Et homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Hec uia illorum scandalum eis: et post ea in ore suo complacebunt. Sicut oues in inferno positi sunt mors pascet eos: et dominabuntur eorum iusti in matutino. Et auxilium eorum uetustescet in inferno: eripiet autem deus animam meam de manu inferi cum assumpserit me. Ne timueris cum diues factus fuerit homo: et cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius. Quoniam anima eius in uita sua benedicet: confitebuntur tibi cum bene feceris tibi. Introibit usque in generationem patrum suorum: et usque in æternum non uidebit lumen. Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis.

Psalmus. xlix.

Deus deorum dñs locutus est: et uocauit terram a solis ortu usque ad occasum. Ex sion species decoris eius: deus manifeste ueniet. Deus noster et non silebit: ignis in conspectu eius exardescet. Et in circuitu eius tempestas ualida: aduocauit celum sursum et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annunciabunt celi iustitiam eius: quoniam deus iudex est. Audi populus meus et loquar tibi israel: et testificabor tibi deus deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos: neque de gregibus tuis hircos. Quoniam mee sunt omnes bestie siluarum: iumenta in montibus et boues. Cognoui omnia uolatilia celi: et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis tue: eripiam te et honorificabis me. Peccatori autem dixit deus: quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam: et proiecisti sermones meos retrorsum. Si uidebas furem currebas cum eo: et cum adulteris portio tua ponebatur. Os tuum abundauit malitia: et lingua tua concludebat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: et aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Hec fecisti et tacui: existimasti iniquitates quod ero tibi similis. Arguam te et statuam contra faciem tuam: intellegite hec qui obliuiscimini deum. Nequando rapiat et non sit qui eripiat: sacrificium laudis honorificabit me. Et illic iter quo ostendam illi: salutare dei.

Ps

intra tabernaculū qđ ei tetenderat ⁊ ꝓparauerat magnificẽce: vt hẽtur.j.paral.xxv. Et voluit ei ẽt edificare domū cedrinā: vt hẽtur.j.paral.xvij.sz dñs fecit hoc edificiū retardari vsqz ad tꝑs salomõis filij sui. Dauid tñ ꝓparauit ꝑpẽsas: vt hẽtur.ij.paral.xix. Et dedit salomoni descriptionẽ tẽpli ⁊ oium edificiozuz ⁊ vtensiliū.

t Et locū ⁊c.j.locum q̃ vocatur sãctū sanctoꝝ: in q̃ erat arca testamenti ⁊ propiciatoriū: qđ erat q̃si sedes dei: sicut plenius exposui: Exo.xxv.

v Ne pdas. Hic cõsequẽter dauid petit ꝓseruari a malis dicens: Ne perdas.i. pdi permittas. ꝛ Cũ impijs. i. cuz male sentibus erga deum. pietas.n.est diuinus cult⁹: ⁊ iõ ipietas diuino cultui opponit. y Et cũ viris sãguinũ.i. cum hoib⁹ male sentib⁹ ad ꝓximũ: sicut sunt homicide ⁊ raptores: q̃ dicũtur viri sanguinũ.i. multi sãguinis effusores: cuiusmõi sũt raptores de alieno labore ⁊ sãguine viuẽtes. z In quoꝝz manib⁹ ⁊c.j.qz sẽper parati sũt iniq̃ agere. a Et dextera ⁊c.j.ꝑ q̃bus innocẽtes cõdẽnauerũt seu vexauerũt seu ĩterfecerũt. b Ego aũt ⁊c.j.In fine psalmi repetit innocẽtiã suã circa ingressũ regni quã allegauerat i ꝓncipio: sicut freq̃nt fit i cãtic⁹: i q̃b⁹ ꝓncipiũ repetit i fine: verũtñ qz pñtẽ vitã ñ trãsit aliq̃s sñ clpa aliq̃: iõ sb̃dit: Redime me ⁊ miserẽ mei. c Pes.n.me⁹.i.affectio mea. d Stetit i dirco. apperẽs rectitudinẽ iusticie. e In ecclijs bñdicã ⁊c.j.ò bñficijs mihi collati a te. Moraliꝫ posset expõi ps.iste ò q̃libet fideli q̃ veniẽs ad etatẽ adultã dz regnũ suũ igredi bñ regẽdo mot⁹ iteriores ⁊ act⁹ exteriores. Et qz ꝓpter ꝓnitatẽ sensuũ ad malũ patiẽ difficultatẽ circa regni h⁹ statũ: iõ dz de uz solicite depcari: vt pspereẽ stat⁹ sui regni ad laudẽ ⁊ cultum nois diuini. Et põt ad hec lra de facili applicari.

Dominꝰ illumiatio mea ⁊c. Huic ps. ps.XXVI. ꝓmittit tal⁹ ti.i hebreo: Dauid: ꝓponit tñ lra lamech ad ꝺsignãdũ q̃ ẽ datiui casus. In trãslatione vo hiero. nihil ꝓponit: sz absolute dr dauid: ⁊ p hoc apparet auctor psalmi.s.dauid. De mã aũt h⁹ ps. ⁊ tpe q̃ fẽs fuit diẽ hiero. in ꝓlogo h⁹ libri: q̃ dauid fecẽ hũc ps. p⁹ mortẽ saul añq̃ vngẽt i regẽ: ⁊ fz hoc ñ põt itelligi ò vnctiõe q̃ i inunct⁹ fuit a samuele: sic hẽt.j.Reg.xvi. qz illa iunctio fuit lõge añ mortẽ saul: p⁹ mortẽ vo saul bis fuit iunct⁹: ꝓmo sup tribũ iuda: vt hẽt.ij.reg.ij.c.scdo sup totũ isrl: vt hẽt .ij.Reg.v. De qua tñ istarũ duarũ vnctionũ factus fuerit hic ps. hiero. non dicit: videtur tñ q̃ factus fuerit ꝓ scda: qz ꝓma fuit pticularis ⁊ fm quid: ista aũt generalis ⁊ simpliciter. Dicũt aũt hebrei ⁊ est satis verisile: q̃ qñ deus promouet aliquez ad aliquam dignitatem datur sibi gr̃a per quam cõuenienter possit exequi illã: ⁊ hoc nisi promot⁹ ponat sibi obicem: propter qđ dauid ad illaz vnctionẽ deuote se preparauit: ⁊ hunc ps. fecit. Et diuiditur i tres partes fm tria petita a dauid necessaria ad exequenduz debite regie dignitatis officium. Primum est cõtra aduersarios cõstantia: scdm est circa diuinuz cultũ diligentia: quia per ipsum reges regnant: tertiũ est in bonis perseuerantia: sine qua alia sũt inutilia. scdm petitur: ibi Unaz petij a dño. tertiũ: ibi Adiutor meus esto. Circa primuz dicit dauid: a Dominus illuminatio mea. i cognitione agendoꝝ que maxime requiritur i rege. b Et salus mea. i periculis bellorũ. c Quem timebo. timore filialis reuerẽtie. d Dominꝰ ꝓtector ⁊c.j hostes. e A q̃ trepidabo. qñ.n.hostes veniũt ꝺ aliq̃ẽ regez: dz formidare ne hos dñs pmiserit ꝓpter suã culpam: ideo subditur:

te mee: ⁊ã quo trepidabo? Dũm appropiant sup me nocẽtes: ⁊ũt edant cãrnes meas. Qui tribulãt me inimici mei: ⁊ipsi ifirmãti sũt: et ceciderũt. ⁊ Si cõsistãt aduersũ me castra: ⁊non timebit cor meum. Si ẽxurgat aduersũ me prelium: ⁊ in hoc ego spabo. Unãm pẽ cij a dño hanc requirã: ũt inhabitẽ i domo dñi ⁊oib⁹ diebus vite mee. Ut ũideã volũtatẽ dñi: ẽt uisitez tẽplũ ei⁹. Qm ãbscõdit me in tabernaculo suo i die malorũ: ⁊

f Dum appropiant ⁊c.j.mihi ⁊ pplo meo nocẽtes volẽtes. g Ut edant. i. edi faciãt aferis ⁊ auibus. h Carnes meas .i. ppli mei interficiendi. Et quia dauid ex contritione aduersarioꝝ suoꝝ diuina virtute iam facta confidebat de futura: ideo dicit: i Qui tribulant ⁊c.j. tribulauerunt de preterito: qz in libro psalmorũ q̃ cõpositus ẽ metrice: rõne metri frequẽter ponitur tẽpus vnũ ꝓ alio: ⁊ qz loquentes ex magno affectu frequẽter mutat modũ loquẽdi de preterito i futurũ ⁊ econtra. Hic aũt liber fact⁹ ẽ p modũ orõnis seu diuine laudis: i q̃bus req̃ritur affectus deuotionis. k Ipsi ifirmati ⁊c.j.saul doech ⁊ isboseth ⁊ cõplices eoꝝ. l Si cõsistãt ⁊c.j.de futuro. m Non timebit cor meũ. cõfidẽs ex diuino adiutorio sicut iuuit de preterito: iõ subdit: n Si exurgat ⁊c.j sicut factũ ẽ p⁹ iunctionẽ predictã: vt habetur.ij.reg.v. Audierũt ergo philistijm q̃ vnxissent dauid i regẽ super israel: ⁊ ascenderũt vniuersi: vt quererẽt dauid. Et sequitur ibidẽ: Et consuluit dauid dominũ dicens: Si ascendam ad philistijm: ⁊ si dabis eos i manu mea. Et dominus dixit ad dauid: Ascende qz tradẽs tradã tibi philistijm i manu tua. o Una petij. Hic cõsequẽter dauid petit circa diuinũ cultuz diligentiã dicens: Unam.s.rem: p Petij a domino. q̃ ceteris q Hanc requiram. deprecando dominum p seueranter pro obtẽtu ipsius: quia ad hoc q̃ petitio sit exaudibilis a deo: non solum requiritur q̃ sit pia ⁊ p se sicut ista: sed etiaz q̃ sit perseuerãs: ⁊ que sit dicta petitio dicitur: r Ut inhabitem ⁊c.j.q̃ domus habitationis mee sit prope locuz cultus diuini. s Ut videam. idest sciam. t Voluntatem domini. quia ibi dabãtur diuina responsa. v Et visitem tẽplũ eius. ad adorãdum ibidem frequenter ⁊ offerendũ. Et dicit templũ: quia habuit propositum edificãdi ipsũ: vt est dictum psalmo precedenti. Et vna causa huius propositi subditur: ꝛ Quoniam abscondit me ⁊c.j. in sui cultus loco. s. quãdo fugiens saulez ipsum interficere volentem venit in nobe ad abimelech sacerdotem: ⁊ ibi accepit panem ⁊ gladiũ: vt dicitur.j.Reg.xxi.ca. y In die malorꝝ. in hebreo habetur: In die pessima. eo q̃ illa die ibi erat doech idumeus: q̃ retulit sauli hoc

factum: ex quo secuta est occisio sacerdotū. j. Reg. xxij. z In petra exaltauit me. i. in loco sic vocato: qñ saul ꝛ viri ei⁹ cingebāt dauid: ꝛ viros eius in modū corone ita ꝙ dauid desperabat se posse euadere: ꝛ a deo factuz fuit ꝙ nuncius venit ad saul. d. Festina ꝛ veni: qm̄ infuderſt se philistīm sup terrā. Reuersus est ḡ saul desistens psequi dauid: Et subditur ibi: Propi hoc vocauerunt locū illuz petram diuidētē j. reg. xxij. a Et nunc exaltauit caput meū. coronādo me corona regni israel pacifice ꝛ quiete. b Circuiui. frequētādo locū diuini cult⁹. c Et īmolaui ꝛc.]p sacerdotuz man⁹. d hostiam vociferatōnis. qz hodie offerebant cū vociferatione diuine laudis p cantores. e Cātabo ꝛc.]qz ipsemet dauid cantabat coram arca: ſm ꝙ hī. ij. Reg. vj. f Exaudi dñe ꝛc.]. i. oionē. g Qua clamaui ad te. orando ex magno affectu pro bono regni statu: ꝛ tuo cultu: vt pz p p̄dicta. h Tibi dixit cor meū. qz ñ solū orabat voce: sz ꝛ mēte. i Exq̄siuit te ꝛc.]. i. facies corpis exīor: ꝛ facies mētis iterior. k Faciē tuā dñe requirā. i. gratiaz tuā: Et loquit ō deo more humano: qz qñ petens est sibi grōsus vertit faciem ad cū: qñ autem displicz auētit: ideo sb̄dit: l Ne auertas ꝛc.]mihi tuā gratiā denegando. m Ne declines ꝛc.]Talis enim declinātō faciei apud hoies signū ē hois īrati. n Adiutor meus. hic p̄ter dauid petit pseuerantiā in bonis dicens: Adiutor meus esto dñe. q. d. Sine tuo adiutorio nullum ē opus bonū. o Ne derelinquas me. qz tunc nō possem i bono stare. p Neqz despicias me ꝛc.]Illa. n. que sic relinquunt despici videtur: Et subdit cām necessitatis p̄dicti adiutorij. d. q Qm̄ pat̄ meus ꝛc.]. i. adam ꝛ eua dereliquerunt me expositum miserijs p̄nīs vite: qz p eoꝝ transgressionē deriuat ad omnes hoies originale peccatū: p quod hñt pronitatez ad malū: ꝛ difficultatē ad bonū. r Dñs autē assumpſit me. quia recurrentibus ad eum non denegat suuz auxiliū ꝫ difficultatē ad bonū: ꝛ pronitatē ad malū: iō sb̄dit: s Lege pone ꝛc.]Lex dī a ligando: dicit igitur. Legem pone mihi ꝛc. q. d. ita liga me lege nāli ꝛ diuia: vt non declinē a via regia mandatoꝝ tuoꝝ: t Et dirige me ꝛc.]p semitaz que ē artior: ꝛ rectior intelligitur pfectio maior: que est superogationis: quā dauid desiderabat. v Ne tradideris me ꝛc.]. i. in voluntates malignoꝝ spirituū mihi aduersantiū. x Quoniā insurrexerunt ꝛc.]Demones enī de iustoꝝ innocentia requisiti falsum respondent: ꝛ ꝫ eos allegant: sicut patz iob. j. ꝙ sathan requisitus a dño de innocentia sci iob: falsum respondit: ꝛ ꝫ eum falsuz allegauit. d. Nūquid frustra timet iob deū ꝛc. y Et mentita est ꝛc.]da sathan mendax est: ꝛ pater ei⁹. i. inuentor mendacij: vt dī Johā. viij. Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco. Legem pone mihi domine ꝛc. quod est petitio dauid petentis: vt a deo sic dirigatur ꝙ a saule ꝛ eius complicibus non capiatur: Et qđ subditur: Qm̄ insurrexerūt in me testes iniqui. s. illi qui erga saul falso diffamabāt dauid: ſm ꝙ ipse dicit. j. Reg. xxiij. Quare audis verba hominū loquentiū: dauid querit malū aduersum te. Sed pīma expositio magis consonat lr̄e p̄cedenti ꝛ subsequenti: que loquit de pseuerātia dauid in bonis post mortem saulis: p̄p̄ quod ex tali pseuerātia: quā a deo obtinere sperabat: cōcludit i fine psalmi. z Lre do videre bona dñi. electis repromissa.

a In terra viuentium. i. in vita beata: q̄ est eterna. Spes enim est certa expectatō future beatitudinis ex gr̄a ꝛ meritis p̄uenīens: Propter qđ dauid exhortat seipsuz loquens ad seipsum quasi ad aliuz dicēs:

Adiūtor meus esto nē dēlinqs me: nēqz despicias me deus salutaris meus. Qm̄ pater meus ꝛ mr̄ mea dereliqrūt me] dñs aūt assūpsit me. Lege põe mihi dñe i via tua:] et dirige me i semita recta] p̄pter inimicos meos. Ne tradideris] me i aias tribulātiū me:]qm̄ insurrexerūt i me testes iniq:] et mētita ē iniq tas sibi.]Credo vidē bona dñi in tērra viuētiū. Expecta dñm ūiriliť age: ꝛ p̄fort cor tuū et sustine dñm.

b Expecta dñm. i. p virtutē spei beatitudinē ab ipso expectando. c Uiriliter age. de bono in melius p̄ficiēdo d Et p̄fortet cor tuū. virtute diuine gratie: q̄ stabilit cor p̄pter qđ dī hebr. xiij. Optimum est gratia stabilire cor. e Et sustine dñm. patienī ferendo eius disciplīne flagellum: qz ipse vulnerat ꝛ medet: percutit ꝛ manus eius sanabunt: Job. v. Moraliť autē pōt exponi p̄s iste ut sit oīo cuiuslibet sapientis ad vnctōem regiā: seu pontificalē se devote p̄parantis: qz p̄ debet petere p̄stantiam ꝫ insultuꝫ malignoꝝ spirituū: 2o diligentiā circa diuinū cultuz: tertio pseuerantiā i bonis: ut ptingat ad finale p̄miū: qz qui pseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Matth. x.

In psal. xxvj. Dñs illuminatio mea. vbi dī in postilla: Exq̄siuit te facies mea. Additio.

IN his vbis cum dicit psalmista: Exquisiuit te facies mea faciē tuam dñe requirā. vī p̄p̄ie petere visionē facialē diuinam: in q̄ vltima btitudo cōsistit. De illa enī dicit Apo. j. corinth. xiij. ca. Tūc autē facie ad faciez: qđ notanter innuit in p̄missis vbis. sz quia talis visio facialis non habet de cōi lege in statu vie: iccirco p vbum futuri tēporis subiunxit: Faciem tuā dñe requirā. .i. pseuerans instabo ut inueniā: ꝛ sic in p̄dictis vbis magis videt petere psalmista gr̄am p̄summatā: que ē in gloria: q̄ gr̄am enigmaticā: q̄ ptinet ad viaz: cum tñ sb̄dit: Ne auertas faciem tuā a me. potest intelligi de gr̄a p̄ut in postilla. qz p eam deveniť ad facialē visionē: quā p̄ncipaliť petiuit.

In eodem psal. xxvj. vbi dī in postilla: Qm̄ pater meus. idest adam. Additio.

QUm psalmista dicit: Pater meus ꝛ mater mea dereliquerunt me. ad lr̄am potest intelligi p̄p̄rie de Dauid: qui cum esset minimus fratrum contemptus fuit a parentibus: vnde nolebant eum p̄sentare samueli ad vnctionem: quasi contemptiue cum relinquentes: a domino tamen per samuelē fuit assumptus: vt patet. j. Reg. xvj. ca. hec in glosa: et pertinet ad sensum litteralem: quia ad p̄p̄riam historiam ipsius dauid. Quod autem subditur: Legem pone mihi domine ꝛc. continuat p̄p̄rie cum p̄dictis: ſm hanc expositionē sic: Nam quia ad regem pertinet regere populū: ſm legem diuinā: iccirco

regi p̃cipiebat: Deutero. xvij. c. vt scriberet sibi lib̃z legis diuine: ⁊ assidue in eo legeret. ⁊ h᷑ est q̃ dicitur: Legẽ pone ⁊c.

Replica.

IN psal. Dñs illuminatõ. pauca ponit Burgeñ. sz q̃ ponit magl tendũt ad lr̃e discontinuatõez q̃ expositionem p̃sertim circa illũ passum: Qm̃ pat̃ meus ⁊ mr̃ mea ⁊c. Quez sic exponit q̃ pentes dauid ꝓtemnẽdo eũ ⁊ abiciẽdo: noluerũt eũ samueli p̃tar̃ ad vnctiõem: q̃si ꝓtẽptiue eũ dereliquendo. Illud aũt nõ vĩ verũ q̃ pentes dauid illud fecerãt ex ꝓtẽptu: sed q̃ nõ p̃sumebant de iunioze: nec de illa p̃ma vnctõe fcã per samuelem fcũs ẽ psal. iste: q̃ fcũs ẽ p᷑ mortem saul: vt dicit beatus hiero. Illa ãt vnctio lõge añ mortem saul fcã est: vt patz. j. Reg. xvj. etiã h᷑ videtur: q̃ tpe p̃me vnctõnis dauid nihil hũit aduersi q̃ timerz: put ħ allegat. d. Si surgat aduersũ me ꝑliũ castra ⁊c. imo statim post p̃mã vnctionẽ fact᷑ ẽ amicissimus ipsi saul eius psaltes armiger ⁊ gener: q̃ oia patẽt. j. Reg. p totũ. q̃uis post factus sit saul eius psecutor: de quo hũc psal. nõ fecit ꝓput btus hiero. sentit: ⁊ supza allegatũ ẽ.

AD te dñe clamabo ⁊c. Psal. XXVII.

Huic psal. p̃mittit talis ti. in hebreo: ⁊ in translatõe hiero. sicut psal. p̃cedenti: ꝓp̃ quod ex dictis pz expositio. De mã aũt huius psal. ⁊ tpe q̃ fcũs fuerit videt mihi saluo meliozi iudicio q̃ dauid fecit hũc psal. i. psecutõne absalon ꝫ ipsũ q̃n dauid fugiens de hierusalẽ timore absalon ascendebat cliuũ oliuarũ nudis pedibus icedẽs flens: ⁊ opto capite: ⁊ sadoch ⁊ abiathar apportauerũt arcam dei volentes ipm cõcomitari: ⁊ ascendit abiathar ad ꝓsulendũ dñm: vt hz̃. ij. Reg. xv. Sed tũc nõ hũit rñsum: ꝓpter quod dauid reputauit deũ sibi nõ esse adhuc placatũ: ꝓp̃ quod iussit arcã reportari in ciuitatẽ ad locũ suuz sua comitiua reputans se indignũ: Et tũc ascendẽs sumitate montis: vñ tabernaculũ dñi clare videbat: ex illo loco orauit versa facie ad locũ scm̃: sicut solitus erat facere q̃n veiebat ad locũ illũ: sicut ⁊ nũc fideles a loco vñ potest videri ecclesia alicuius sancti ibi adorãt: et tunc verisile ẽ q̃ tũc fecerit psalmũ istũ ꝑ sua liberatõe ab illa psecutõe: et p spiritũ intellexerit se exauditũ. Et fm hoc diuidit iste psalmus: q̃: ꝑmo ponit ipsius dauid deuota petitio: scõo eius exauditõ: ibi Bñdictus dñs. Circa p̃mũ dicit sic: a Ad te dñe clamabo. i. ex magno affectu orabo: ⁊ q̃ sit orõ sb̃dit᷑ cũ dr̃: b Deus meus ne sileas a me. denegando mihi rñsum p spm̃ tuũ: sicut negasti mihi petenti p abiathar sacerdotẽ. c Neq̃n taceas a me. repetitio ẽ eiusdem ad maiorem affectus exp̃ssionẽ. d Et assimilabor ⁊c.]. i. reputabo me mortuũ: si non des mihi rñsum. e Exaudi dñe ⁊c.]. i. ne differas longe me exaudire. f Duz exrollo ⁊c.]quia versa facie orabat ad locum vbi erat tabernaculum: in quo loco p spiritum sciebat fundandum esse templum. g Ne simul tradas ⁊c.]qui sunt digni morte

Dauid psal. XXVII.

AD tẽ dñe clamabo dẽus meus ne sileas a me: neq̃n taceas a me: ⁊ assimilabor descẽdẽtibus i lacũ.] Exaudi dñe vocez orõnis mee dum oro ad te:]dũ ex tollo manus meas ad tẽplũ scm̃ tuũ.]Ne simul tradas me cũ pctoribus:] et cũ opãtibus iigtatẽ ne pdas me.] Qui loquunt pacẽ cũ ꝓximo suo: mala aũt in cordibus eoz. Dã illis fm opa eoz.] et fm nequitiã adiuẽtionũ ipsoz.] Scõm opa manuũ eoruz tribue illis: redde retributiõem eoz ipsis. Qm̃ nõn intellexerũt opa dñi:]et in opa manuũ ei᷑ destrues illos] ⁊ nõ edificabis eos. Bẽne dict᷑ dñs: q̃m exaudiuit vocẽ depcatõis mee. Dñs adiutor meus ⁊ ꝓtector meus: et in ipo sperauit cor meum et adiut᷑ sum. Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea cõfitebor ei. Dñs fortitudo plebis sue:] et protector saluationum christi sui est.]Saluum fac populum tuũ dñe] et bene dic hẽditati tue: et rege eos et extolle illos usq; in etnũ.

k Da illis ⁊c.] eos fm demerita puniendo: quod dixit dauid nõ ge lo vindicte: sz iustice. l Et fm nequitiaz ⁊c]. i. fm nequitiaz ab eis studiose inuẽtam: quia de consilio achitophel sub specie deuotionis iuit absalõ ad locum conspiratiõis fiende cõtra patrem. ij. Reg. xv. m Scõm opera manuum eorum ⁊c. Repetitio est eiusdem ad maiorem expressionem. n Quoniam non ⁊c]. i. opera a domino p̃cepta: que sunt sancta ⁊ bona: talia non intellexerũt practice: q̃uis achitophel qui erat valde sapiens itellexerit speculatiue. o Et in opera ⁊c.]qz absalon sine filio mortuus ⁊ iterfectus ẽ: vt hz̃. ij. Reg. xvij. ⁊ achitophel suspendio interijt. ij. Reg. xvj. Et vtrũq; ꝓtigit iudicio diuino. p Bñdictus dñs. hic ꝓñt᷑ describit petitõis dauid exauditio: quã in spũ puidit in generali: non tñ q̃tum ad oẽs ꝓditões pticulares. dicit igit: p Bñdictus dñs. tãq; gratus ꝰ diuino bñficio. q Qm̃ exaudiuit ⁊c. i. exaudiendaz reuelauit. r Dñs adiutor meus. in factis arduis. s Et protector meus. in periculis. t Et in ipso sperauit cor meum. ⁊ non lingua tantum. v Et adiutus sum. eo q̃ sperauí vere corde ⁊ ore. x Et refloruit caro mea. quia ex letitia cordis interioris fit quedam refluentia in carne exteriori: fm q̃ dicitur Prouer. xvij. Animus gaudens etatez floridam facit: spiritus autez tristis exiccat ossa. y Et ex voluntate mea. i. motu proprie deuotõnis. z Cõfitebor ei. confessione laudis: Et quid confiteatur subdit dicens: a Dominus fortitudo plebis sue. quasi d. Ego ⁊ plebs mea cum simus pauci non possemus resistere: nisi virtute diuina. b Et protector ⁊c. idest mei qui sum christus eius: quia per eum in regem vnctus. Et quia ad bonum principem pertinet desiderare bonũ ppli sui: tõ sb̃dit dauid. d. c Saluũ fac ⁊c.]in periculis. d Et benedic hẽditati tue. mltiplicando ppl̃m tuũ in bonis tpalibus ⁊ spũalibus. e Et rege eos. ne deuient a via iusticie. f Et extolle illos. pducendo eos ad celsitudinẽ celestis glie. g Usq; in eterñum. i. sine fine. Mozaliter ãt põt exponi psal. iste de q̃libet fideli posito in afflictõe corporali vl̃ mẽtali: et iõ deuote se petit liberari diuinitus: ⁊ sẽtiẽs se a dño exauditum studet ei deuote regratiari. Cetera patent.

c Diligit dñs portas syon.i.approbat. Et dicūtur h
porte syon illa p q̄ fit ingressus ad eccl'am militātem.s.
exorcismus ꝛ cathecism' ꝛ baptism'. d Sup omnia
tabernacula iacob.i.sup cultū ve.legis:q̄ fuit in plurib'
tabernaculis: primo in tabernaculo a moyse fcō:Exo.
xxvj.2° in tabernaculo fcō a dauid.ij.Reg.vj. ꝛ tertio i
templo salomonis.iij.Reg.vj. e Gloriosa dicta sūt
de te.in veteri ꝛ nouo testamēto:ut pz in hoc psalmoꝝ
libro:ꝛ in alijs libris pphetic̄is patebit dño p̄cedēte.In
nouo vero testamēto pz vbiq;. f Ciuitas dei. Ciui
tas enī est ciuiū vnitas:in eccl'a vero de oib' nationibus
vniūtur hoīes p fidē ꝛ charitatē christi: p qō efficiūtur
ciues celestes:sm q dicit Ephe.ij.Jam non estis hospi
tes ꝛ aduene:sed estis ciues sanctoꝝ ꝛ domestici dei ꝛc̄.
g Memor ero. Hic p̄ñ describit ciuiū multiplicatio
Circa qō sciēdū q lex mosaica nō fuit publicata oibus
nationib': sed tm̄ iudeis sm q dicitur infra p̄s. cxlvij.
Nō fecit taliter omni nationi:ꝛ iudicia sua ñ mānifestauit
eis.qz alie gentes ad eā nō tenebātur:sed ad legē euāge
licam oēs obligabant:.ppē qō christ' p̄cepit eā p aposto
los alioſq; christi discipulos vbiq; publicari:Mar.vl.
Euntes in mūdū vniuersū p̄dicate euāgeliū omni crea
ture:Qui crediderit ꝛ baptiz̄at' fuerit salu' erit: q̄ vero
nō crediderit cōdēnabit.ꝛ p talē multiplicationē multi
plicat' est numer' fideliū p orbem:ꝛ hoc ē qō dicitur:
g Memor ero raab ꝛ babylonis ꝛc̄. Hic noiant aliq
ppli circa terrā iudee habitātes q̄ p p̄dicationez aposto
loꝝ cōuersi fuerūt ad fidem in magna pte: ꝛ p istos itel
liguntur alij ppli p orbē dispsi:ex q̄bus aliq a tpe apo
stoloꝝ fuerūt ad fidē p̄uersi:sicut dcm̄ fuit .s. p̄s. xvij.
Sciēdū tm̄ q sc̄m hebreos ꝛ etiaz beatū hiero.i trāsla
tione iuxta hebreū hoc nomē raab:qō hic ponit non ē
nomē ppriū illius mulieris que recepit nūcios iosue: ꝛ
absc̄odit. Josue.ij.sed est nomē appellatiuū ꝛ significat
supbiā vel supbam:p qō designat gens egypti:q̄ tēpore
moysi p supbiā fuit valde rebellis deo:ut habet i Exo.
sed post mortem christi humiliter suscepit fidem christi
catholicā p p̄dicationē beati marci :sicut ethiopes p p̄
dicationē beati matthei. Itē vbi trāslato nr̄a habet:Ec
ce alienigene.in hebreo ꝛ i translatione hiero.hī: Ecce
palestina.in illa terra aliq̄n multū viguit fides christia
na. h Hi fuerūt illic.i.aliq̄ de istis ppl'is p̄dictis re
cepti sunt in ecclesia q̄ dicit ciuitas dei:ut dcm̄ ē. In he
breo ꝛ in trāslatione hiero.hī sic:Iste nat' est ibi.ꝛ est
eadē snia:qz li iste refert ad quēlibet ppl'm p̄dcm̄: ut sit
sensus:iste.i.q̄libet de ppl'is p̄dictis ad eccl'am receptus
natus est ibi.i.renat' p baptismū:sm q dicit: Salua. Jo.
iij.Nisi q̄s renat' fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto:nō pōt in
troire in regnū dei. i Nunqd syon. Hic p̄ñ ponit duo
rum p̄dictoꝝ p̄ncipiū effectiuū:qō est christ' verus hō ꝛ ve
rus de':cū dicit: Nunquid syon dicet homo q.d.sic.In he
breo ꝛ in trāslatione
hiero.habet:ad syon
dicet ꝛc̄. Et sic pz q i
translatione ista li sy
on est datiui casus:ut
sit sensus:hō dicet ipi
syon. Iste hō pōt itel
ligi iohes baptista,p
nuncias christi aduē
tum: sm q dī Jo.j.
Fuit hō missus a deo
cui nomē erat iohes:
h venit in testimoniū
ut testimoniū phibe
ret de lumie ꝛc̄. Aliꝫ
exponit ut iste homo sit ipe christ': q̄ aduentū suū dixit in
mōte syon vbi frequēter p̄dicauit ipm ē cōpletū. Et etiaz
eccl'e p syon significate aduētū suū p̄mum esse completum
dixit.s.apostolis alijsq; discipulis:in q̄b' eccl'a sc̄om statuz
noui testamēti incepit:iō subdit: k Et hō nat' est in ea.
i.in eccl'a p syon significata:ut p̄dcm̄ ē:qz christ' nat' est de
virgine:q̄ est nobilissimū mēbꝝ eccl'e. Et dicit in ea:qz chri
stus ab instāti cōceptionis fuit in vtero mr̄is hō p̄fect' vir
tutib' ꝛ sciētijs:licet nō sc̄om quātitatē corpis. l Et ipse
fundauit eā altissim'.i.ipse hō christ' q̄ est altissim' sm na
turā diuinā fundauit virginē eam p̄firmādo sua gr̄a:ita q̄
nec mortaliter nec venialit̄ peccauit.vel Eam.i.eccl'am quā
fundauit mō supradicto. m Dñs narrabit.i.narrari fa
ciet. n In scripturis ppl'oꝝ.i. in euāgelijs ad oēs ppl'os
deriuatis:mō supradicto.Et dicit narrabit:qz ipse christus
nihil scripsit:sed scribē euāgelia euāgelist' ispirauit. o Et
p̄ncipū hoꝝ q̄ fuerūt i ea.i.i scripturis apostoloꝝ: q̄ sūt p̄n
cipes eccl'e p' christū:ꝛ ipsi scripserūt christi ꝛ eccl'esie myste
rium:ut pz in epistolis pauli apostoli ꝛ alioꝝ.In hebreo ꝛ
in trāslatione hiero.hī: Dñs narrabit i scripturis ppl'oꝝ
iste,nat' est in ea semp.ꝛ ut dicit ra.sa.ꝛ bñ in hoc li semp
refert ad p̄mā ptē hui' vsus sic:Dñs narrabit .i. narrari fa
ciet mō p̄dicto.Semp in scripturis ppl'oꝝ.qz iste scripture
vsq; ad finē mūdi narrabūt inter ppl'os credentes:in q̄bus
cōtinet qō sb̄dit:Jste nat' est in ea.i.ipe christ' natus est de
virgine:ꝛ eccl'a mō p̄dicto. p Sicut letātiū. Hic p̄ñ de
scribit secūd' stat' eccl'e.s.triūphantis:in quo est laus iugis
ꝛ ppetua:sicut.s. dcm̄ est p̄s.lxxxiij.Beati q̄ habitant in do
mo tua dñe in secula seculoꝝ laudabunt te ꝛc̄.ꝛ hoc est qō
dicit h:Sicut letātiū oium habitatio est in te:nō enī pōt di
ci ita generalit̄ quātū ad statū vite p̄ntis: nec quātū ad leti
ciam spūalem:qz semp sūt aliq̄ mali mixti cū bonis: q̄bus
nō cōpetit leticia spūalis:nec quantū ad leticiā corporalem
qz in eccl'a semp sunt aliqui afflicti mestitia temporali.

In p̄s.lxxxvj. Fundamēta eius. vbi dicit in postilla:
In hebreo addit cela. Additio.

Ostensuz fuit in additione.s. p̄s.lxxxiij. additione
ij.q̄ cela in hebreo nō significat ppetuitatē; nec ē
necessaria ista allegatio: qz ex alijs q̄ ꝓtinent i p̄s.
hoc satis manifestatur eius materia ꝛc̄. In eodē p̄s.
vbi dicit in postilla: Auctoritas vero esa.quā alle.p se loq
tur de predicatione apostoloꝝ. Additio.

Auctoritas esa. Et adducēt oēs fratres ꝛc̄. Esa.lxvj.
nō p̄pe exponit de his q̄ adducūt ad fidē christi p
p̄dicatōez apostoloꝝ seu discipuloꝝ. nā de talib'
impropꝛie diceret q̄ adducūt i eqs ꝛ q̄drigis ꝛ huiusmodi:

qz ad talem adductionē. ſ. ad fidem chriſti non ptinet adductio p talia z multomin⁹ ad huiuſmōi reductionem ptinet illud qō ibidem imediate ſequit vbi ſic. Quomō ſi inferāt filij iſrl mun⁹ in vaſe mūdo in domū dñi. nō eni portāt hi q ad fidē chriſti nouit veniūt in vaſe mūdo ſicut mun⁹ ꝛc. ſed in hac auctoritate eſayas pnūciat q̄ddam valde nouuz in eccla dei qō in ſynagoga antiqua reputabat ſacrilegiū. ſ. q̄ oſſa ſanctoꝝ martyꝝ ſeu cōfeſſoꝝ z huiuſmōi portant cū magna veneratione ad eccl̄am tanq̄ ſacre reliquie in capſis ſeu reliq̄rijs p̄ciosis z mūdis: z ſic ꝑphe adducūt fratres. i. ſancti in eoꝝ reliquijs in quadrigis z huiuſmōi: z tā quā mun⁹ cōſecratū deo offerūt in vaſib⁹ mūdis. Apud antiquos aūt. ſ. veteris teſtamēti nulla oſſa nec aliquid de coꝛpore mortuoꝝ quātūcūq̄z ſanctoꝝ intrabant templū: imo tangentes talia erāt ꝓhibiti ab ingreſſu tēpli donec purgarent: ut pz Leui. xxj. z hec vī eē vna de auctoritatib⁹ validiſ ꝓ iudeoꝝ pfidiā: z ibide dño cōcedēte plen⁹ videbit.

In eodem p̄ſ. vbi dī in postilla: Circa primū dicit: Fūdamenta eius. i. eccle. Additio.

NOn hī in lra cui referat illud relatiuū. ſ. ei⁹ nec in hoc p̄ſ. p̄ceſſit aliqua mētio de eccla: qz pmū vbū hui⁹ p̄ſ. eſt qō dī: Fundamēta ei⁹ nō exprimēdo cuius. Ad qō bñ reſpondet in glo. vbi ſic: non refert ei⁹ ad aliquod pmiſſū: ſed ad cordis ꝓphe meditationem q̄ nūq̄ de illa. ſ. eccla corde tacuerat: z ſi ore aliq̄n omiſiſſet: hec ī glo.

In eodē p̄ſ. vbi dī in postilla: Diligit dñs portas ſyon. Er portas ſyon forte meli⁹ itelligerēt. Additio. gra z virtutes q̄b⁹ pſeuerant habitis infallibiliter fit ingreſſus ad eccl̄am nō ſolū militātē ſed etiam triūphātē. per baptiſmū aūt fit huiuſmōi ingreſſus inquātū p eū gra ꝓfert: qz ꝛz phi. Unūquodq̄z ꝓpī aliud z illud magis. Inde eſt q̄ ingreſſus ad eccl̄am magis eſt attribuendus gre q̄ baptiſmo p̄ſertim cū de⁹ nō alligauit potentiā ſuā ſacramētis: z ſic ſine baptiſmo pōt fieri huiuſmōi ingreſſus nūq̄ tñ ſine gra z virtutib⁹ theologicis: has igit portas p̄o prie ſup oia diligit de⁹ tabernacula iacob: in q̄b⁹ gra nō cōferebat. gra eni z veritas p ieſū chriſtū fca ē: Jo. j. In eodem p̄ſ. vbi dicit in postil Nunquid ſyon. Additio.

ADmaiorē declarationē hui⁹ vſus z ſequētiū ſciēdū ē q̄ dicere q̄ ds fūdauit aliquā ciuitatē anteq̄ fundator in ea naſceret ꝛplicat q̄ talis fūdator fuit añ talez fūdationē: z tñ fuit nat⁹ in eadē iam fūdata: qō nō pōt itelligi niſi de chriſto ſcōm duas naturas in pſona ſua vnitas que fuit ab eīno ꝑm fundationē eccle: z tñ tpaliter in ea nat⁹: z qz hoc myſteriū excedit oēm cognitionē nāleꝝ hūanā: iccirco nullo mō eēt credibile niſi deo reuelante: vñ circa hoc p̄ſ. dicit: Nūq̄d ſyon dicet hō: z hō natus ē in ea ꝛc. q. d. cui homini puro credēdū eēt tātū myſteriū. ſ. q̄ aliq̄s nat⁹ in ciuitate fundaſſet eā añ ſuā natiuitatē. cui rñdet Dñs narrabit in ſcripturis populoꝝ. q. d. licet nō eēt credēdū alicui puro homini annūciāti tātū myſteriū: ſed tñ hoc credēdū ē deo reuelāti: z hoc eſt qō ſb̄dit: Dñs narrabit in ſcripturis ppl̄oꝝ. hoc eſt dicere: de hoc nō crederetur alicui puro homini niſi qz dñs narrabit in ſcripturis: z exponat hic vſus put in apostilla. Si aūt vbi dī in trāſlatiōe noſtra Nunq̄d ſyon: legat: Ad ſyon dicet. tūc intelligēdū ē admiratiue: ut ſi dicat: Quō ad ſyon dicēt tā ardua q̄ hō nat⁹ i ea eſt fundator ei⁹. ad qō rñdet: Dñs narrabit ꝛc. z ē eadē ſnia cū ꝑma. In eodem p̄ſ. vbi dicit in postil. Sicut letātiū

ATtendendū eſt quare dicit p̄ſ. Additio.

Sicut letātiū. z nō dicit ſimplicit: letātes erimus ſed ſicut letātiū. Cui⁹ rō eſt: qz ꝑm gloſaz talis erit leticia future beatitudinis qualē hic nō nouim⁹ exprimere vñ cū nō poſſz exprimi dixit ut potuit: qz eſa. lxiij. ca. Qō ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit ꝛc. Et notādū q̄ ꝑm gloſā iſte pſalm⁹ breuis eſt numero vboꝝ: magn⁹ aūt pondē ſnia rum: qō ſic patet: nā in hoc p̄ſ. innuūtur ſeptē excellētie notabiles eccle ſpūalis: quaꝝ tres ſumūt ex pte ſui edificij. Prima. ſ. ex fundamētis q̄ ſunt ꝑma ps edificij: z de hoc dicit: Fūdamēta ei⁹ in mōtib⁹ ſanctis. ſecūda eſt ex portis ipſi⁹ q̄ ſūt vltia ps edificij: z hoc cū dicit: Diligit dñs portas ſyon. tertia vero excellētia ſumit ex pte illa rū partiū q̄ cōtinētur iter p̄dicta duo extrema: utputa ꝓſtructio parietū z tecti z huiuſmōi: de q̄b⁹ dicit: Glorioſa dicta ſūt de te. q. d. inenarrabilia ſūt que dicta ſunt de te. ſ. de fabrica z conſtructione tua ſpirituali p ꝑphetas in ſcripturis: z iō breuiter ſb̄ genere ea ꝓcludit dicēs Gloriosa dicta. q̄rta excellētia ſumit ex multiplicatione ciuiū: qz non ex vna natione tm̄ ſed ex oībus: z de hoc dicit: Memor ero raab z babylonis ꝛc. vſq̄z ibi: hi fuerunt illic. q̄nta ſumit ex pte edificatoris q̄ fuit ver⁹ deus z ver⁹ homo: put traditur in ſcripturis: z de hoc dicit Nunq̄d ſyon dicet homo. z dñs narrabit ꝛc. ſexta ſumitur ex pte leticie habitātiū in ea q̄ talis eſt q̄lis nō poſſz exprimi: z de hoc dicit: Sicut letātiū oīum. put. ſ. exponit. ſeptima eſt ex capacitate ill⁹ ciuitatis: q̄ tanta eſt ut oēs electos quoꝝ numer⁹ ſoli deo eſt cognit⁹ in ſe letanter recipiat: z de hoc dicit: Omniū nr̄oꝝ habitatio eſt i te q̄liter aūt iſte lra applicētur ex dictis in postilla cū additionibus faciliter pōt haberi ꝛc.

Pſal. LXXXVII

DOne deus ꝛc. Huic p̄ſ. p̄mittit talis titul⁹ i hebreo: Cāticū pſalmi filijs chore ad victoriā ſup mahalat ad rñdēdū eruditioni hemā egraite. Ad cui⁹ intellectū ſciēdū q̄ de iſto hemā z de ethan egraite a quo intitulat p̄ſ. ſequēs duo ſūt modi dicendi apud hebreos. vn⁹ eſt q̄ fuerūt leuite cantores: ſicut vidēt p̄tendere lra. j. palip. xxv. qui habuerūt ſpiritū ꝑphetie: z ſic pſalmos fecerūt: z ſcōm hoc dicūt egraite a loco egrai: vnō fuerūt oziūdi: z hūc modū dicendi ſecutus ſum. iij. Reg. iiij. z. j. palip. ij. vbi de ipſis fit mentio Alt⁹ modus dicendi eſt q̄ fuerūt de tribu iude deſcēdentes ab eo p̄ çaram filiū ei⁹: qz genuit phares z çaram de thamar: z hoc videt lra p̄tēdere. j. palip. ij. Et ꝛz hunc modū dicēdi dicūtur egraite. i. de tribu çare: ſed q̄quid ſit de tribu eoꝝ nō multū refert ad ꝓpoſitū: qz tenet ab oībus hebreis z hiero. q̄ habuerūt ſpiritū ꝓphie p quē fecerūt pſalmos ab eis intitulatos: z ꝛz hoc ī titulo iſto pz actor p̄ſ. hui⁹. ſ. hemam egraita. Itē ſciendū q̄ hec dictio hebraica mahalat eſt equoca: qz ſignificat q̄ddam inſtrumentū muſicū z choꝝ z infirmitatē. Et in hac triplici ſignificatōe hic accipit: qz cant⁹ hui⁹ p̄ſ. magis ꝑphe cantabat in inſtrumēto muſico noīe mahalat q̄ in alijs Itē qz cantabat a choro leuitaꝝ nō ſolum inſtrumētis muſicis: ſed etiā vocib⁹ humanis. Itē qz ſcōm hebreos p̄ſ. iſte loq̄t de afflictionib⁹ populi iſrl ipm debilitātib⁹ z infirmātibus. Scōm latinos vero loq̄tur de paſſione chriſti: q̄ ſcōm infirmitatē humane nature aſſumptam cōueniebat ſibi. Qz aūt in titulo ponit ad victoriā deſignat conatū leuitaꝝ in modo cantandi hūc p̄ſ. Qz aūt ponit ibi filijs chore ad reſpondendū: deſignat q̄ illi de choro heman incipiebāt cantum hui⁹ pſalmi: z filij chore reſpōdebāt: ſicut dī. ij. Mach. j. Jonatha inchoante ceteris aūt rñdentib⁹ ꝛc. z ſic in titulo illo tāgitur actor pſalmi: z mod⁹ cantandi quātū ad cantores z inſtrumēta z conat⁹ in cantu z mā pſalmi in generali. Ad eundē intellectum de facili reducit titulus q̄ cōiter ponit in biblijs: ſed aduertendum q̄ habet melach ꝓ mahalat qō ꝓceſſit ex ignorantia idiomatis hebrei: z ſic fuit male ſcriptum p litteras latinas. ſimiliter ꝓ ad victoriā habet in finē: z eſt eadē ſnia: qz finis hic accipit ꝓ vltimo de potētia qō faciebāt leuite in cantando hunc pſalmum

sicut plenꝰ fuit expositū. ꝑ. titulo psalmi. iiij. Similiter ad dnm intellectū reducit titulꝰ positꝰ in trāslatōe hiero. nisi q; p hac dictōe mahalat ponit chozuz: ⁊ sic accipit vnā eꝰ significationē tātū: ⁊ alias duas omittit: sicut p̄ dnm est. Ra. sa. dicit q; mā huiꝰ ps. sūt afflictiones quas ppls iudaicus sustinuit: ⁊ maxie i babylonica captiuitate: quas puidit heman egraita: ⁊ sic fecit hūc psalmū deū deprecando p ppli liberatione. In cuius psona loq̄t i hoc ps. q̄ scōm hoc diuidit in duas partes. In p̄ma enim diuinū auxilium iplozat: in secūda ad hoc ratio multiplex allegat: ibi Quia repleta est malis. Circa p̄mū dicit: a Dne. rōne generalis gubernationis.

Cāticū psalmi filijs chore advictoriā sup mahalat ad respōdēdū eruditōi heman egraite. LXXXVII.

DOmine deus salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte cozā te. Intret i cō spectu tuo oro mea: iclinā aurē tuā ad p̄cem meam. Quia repleta est malis aīa mea: et vita mea iferno appropinquauit. Estimat' sum cū descēdētib' i lacuz: factꝰ suz sicut hō sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris q̊uoꝝ non es memor ampli': et ipsi de manu tua repulsi sūt. Posuerūt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in vmbra mortis Sup me firmat' est furor tuus: et oēs fluct' tuos induxisti sup me. Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationez sibi. Tradit' sum et ñ egrediebar: oculi mei laguerūt pre inopia. Clamaui ad te dne: tota die expandi ad te manꝰ meas. Nunqd mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabūt ⁊ cōfitebunt tibi: Nunquid narrabit aliquis i sepulchro misericordiā tuā: et veritatem tuam in pditione: Nunqd cognoscentur in tenebris mirabilia tua: et iusticia tua in terra obliuionis:

b Dñe. ratione creatōis. c Salutis mee. ratione meeliberatōis de egypto: q̄ ex gratitudine hic recolit ut liberatio de captiuitate babylonica citꝰ ipetret. d In die clamaui ⁊ nocte. ⁊ sic oñdit oronis pseuerantia: ⁊ intentio pura cū sbdit: e Cozā te intret in conspectu tuo oro mea. Ex quo oñdit feruēs ⁊ deuota q̄si se ingerens: ⁊ ista tria faciūt oronem exaudibilē: ió sbdit: f Inclina aurez tuā ad p̄cem meā. exaudiēdo eā p effectuz. g Quia repleta. Hic p̄ñ ad ppositū allegat ratio multiplex: ⁊ p mo ex horrore illati supplicij. fuerūt eni iudei i captiuitate babylonica horribili afflicti ex quo decens erat: diuinā misericordiā sup hoc cōmoueri: ⁊ hoc allegat: cuz dī: g Quia ꝓpleta ē malis. s. pene corpalis. h Aia mea. q. d. nō possū plus sustinere: ió sbdit: i Et vita mea inferno appropinquauit. In hebreo aūt habetur ad scol appropinquauit. Scol aūt significat fossam ⁊ infernū: ⁊ vtroq; mō h accipit: q̄z p mortē corporalem quā psalmista allegat, ppinquā corp' descendit ad fossā ⁊ aia p illo tpe ad infernū: quia aie quātūcūq; iuste descendebāt ad lymbū patꝝ. k Estimat' sū cū descendentib' in lacum. q. d. ita sum absorptus corporalibus penis: sicut descēdentes in lacū, pfundū absorbent aquis l Factꝰ sum sicut hō sine adiutorio. q̄z tu sbtraxisti a nobis tuū adiutoriū cōtra babylonios ⁊ hūanuz adiutorium nō habem'. m Inter mortuos liber. q. d. ab istis afflictionib' nō apparet liberatio nisi p mortē: exq̄ sum' destituti adiutorio diuino ⁊ hūano. n Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. i. sicut mortui.

o Quoꝝ nō es memor ampli'. q̄z cito dant obliuioni. p Et ipsi de manu tua. i. de manu tue ptectionis quātū ad statū vite presentis. q Repulsi sūt. q̄z nō admittūt ampli' ad actꝰ vite p̄ntis: scōm q; dī Job. xvj Semitā p quā non reuertar ego ambulo. r Posuerūt me in lacu inferiori. Lacus frequēter accipit in scriptura, p carcere: q̄ aliqñ fit sup terrā: aliqñ sub terra: ⁊ tunc dicit lacus inferior. in captiuitate aūt babylonica multi de iudeis fuerūt positi in carcerib': q̄z etiā sedechias rex eorū fuit incarceratꝰ. Ex quo rōnabiliꝫ colligit q; aliq̄ fuerūt positi in carcerib' sbterrancis: ⁊ quātū ad hoc dī hic: Posuerūt me in lacu inferiori in tenebrosis. quia ibi est defectꝰ lucis s Et i vmbra mortis. q̄z nō possunt homines diu ibi viuere p nām. t Super me. Hic p̄ñ secundo allegatur rō ex rigore diuini iudicij: ex quē ppls iudaicꝰ tūc fuit punitꝰ: ⁊ ió decēs erat ut rigor iusticie tpare tur p dulcorē misericordie: ⁊ hoc allegat ps. d. t Sup me firmatꝰ est furor tuꝰ i. rigor iusticie tue. v Oēs fluct' tuos. i. impet' tribulationū p Induxisti super me. ⁊ loq̄t de deo ad modū maris, pcellosi y Longe fecisti notos meos a me. Vocat h notos idumeos q̄z iudei ⁊ idumei ex duob' fratrib' descenderūt. s. iacob ⁊ esau: ꝓpter hoc dicit Deut. xxiij. Nō abominaberis idumeū q̄a frater tuus est. vñ dicūt hebrei q; qñ ducebant captiuati in babylonē spabāt habere consolationē aliquā ab idumeis p quoꝝ terrā debebāt trāsire: sed ipsi magis ibi iuenerunt derisionē ⁊ desolationē: ió sbdit: z Posuerunt me abominatōez sibi ⁊ .Tradit' sū. i māu babyloniorꝝ. a Et non egrediebar. de afflictione ⁊ seruitute eoꝝ. b Oculi mei languerūt p̄ inopia. Afflictio eni mētis ⁊ corporis magis apparet in oculis q̄ in alijs ptibus. c Clamaui ad te dñe tē. i. ore ⁊ corde petiui assidue ut rigor tue iusticie ergas nos ꝓuertat in dulcorem misericordie. d Nūqd mortuis. Hic tertio allegat rō ex decore diuini obsequij: ad quod ira iudee erat electa a deo: ⁊ ppls iudaicꝰ: ꝓpter qō specialē legē accepit a deo: Exo. xx. Et ió decens erat q; iste cultꝰ restitueret: p hoc q; ppls iudaicꝰ de babylone in iudeā reduceret: qō h allegat psalmista oñdendo q; alij modi nō sūt ita cōueniētes. d. d Nūqd mortuis facies mirabilia. i. suscitando iudeos mortuos ⁊ sepultos in terra iuda ad fruiēdū tibi. q. d. nō. licet eni aliq̄ fuerūt ibi suscitati: tñ fuerūt valde pauci: qō aūt modicū ē q̄si nihil reputat. ij. phycorum.

e Aut medici suscitabūt ⁊ ꝓfitebūt tibi. cōfessione laudis illi. s. q̄ p medicos fuerūt suscitati. q. d. nō: q̄z nō se extendit ad hoc ars ipoꝝ. f Nūqd narrabit aliqs in sepulchro misericordiā tuā. q. d. nō: q̄z in sepulchro nō ē nisi corpꝰ inanimatū ⁊ putrefactū. g Et vitatem tuā in pditione. i. in inferno dānatoꝝ: q̄ ppe vocat pditio. q. d. nō: q̄z existentes ibi magis blasphemat deū. h Nūqd cognoscēt in tenebris. i. in gētib' obtenebratis ignorātia ⁊ errore. i Mirabilia tua. q. d. nō: impediēte hoc malicia ipoꝝ: Sa. ij. Excecauit eni illos malicia eoꝝ. k Et iusticia tua in terra obliuionis. i. in terra ab hominib' nō habitata: ꝓpt qō dicit obliuioni data. q. d. nō: q̄z ad obsequiū diuinum sola

creatura ītellectualis est apta. Iste aūt vie restituendi diui num cultū ad hoc sūt excluse: ut p hoc ostēdat exaudienda via p̄dicta. s. p reductionē ppli in iudeā: ⁊ talis mod⁹ loquē di frequēt est in pphis: ⁊ maxie in libro psalmor⁹: q̄ metri ce script⁹ est. s. q̄ ad plenū ītellectum vbi aliq̄d est supplēdū

l Et ego. Hic q̄rto allegat rō ex pte hūa ni desiderij. iudei eni deuoti q̄ erāt in baby lone feruēti desiderio q̄rebāt redire in iude am magis ppt cultuz diuinū q̄ ppt nāle so latium: ⁊ hoc allegat cū dr: l Et ego ad te dñe clamaui. ore si mul ⁊ corde. m Et mane oro mea p̄ueni

Et ego ad te dñe clamaui: et mane oro mea p̄ueniet te. Ut q̄id dñe repellis oronem meā: auertis faciē tuā a me: Paup sum ego ⁊ in laborib⁹ a iuuētute mea: exaltat⁹ aūt humiliat⁹ sum ⁊ cōturbat⁹. In mē trānsie runt ire tue: ⁊ terrores tui p̄turbauerūt me. Circūdederunt me sicut aqua tota die: circūdederūt me simul Elōgāsti a me amicū ⁊ p̄xi mū: et notos meos a miseria

et te. i. anteq̄ aliq̄d opari incipiā dirigā oronem meā ad te n Ut q̄d dñe repellis oronē meā. eā nō exaudiēdo.

o Auertis faciē tuā a me. loq̄t de deo more hūano: quia hō auertit faciē ab illo quē nō vult exaudire. Cōsequēt alle gat necessitatē exaudit̄is. o. p Paup sum ego: ⁊ in la. a iuuen. mea. Iuuētus aūt ppli isrl ītelligit p tpe quo fuit i egypto: sm illud Hiere. ij. Recordat⁹ sum tui miserās ado lescentiā tuā ⁊ charitatē desponsationis tue: q̄n secuta es me in deserto. s. i exitu de egypto: ⁊ tūc ppls isrl fuit valde pau per ⁊ afflict⁹. q Exaltat⁹ aūt. in adeptione terre p̄missio nis regib⁹ chanaā debellatis tpe iosue: ⁊ adhuc plus tpe da uid ⁊ salomonis: q⁹ tūc ppls isrl fuit maxie exaltatus.

r Humiliat⁹ sum ⁊ p̄turbat⁹. p nabuchodonosor regem babylonis: ciuitatē ⁊ templū destruētē: ⁊ pplm captiuātem s Ir me. i. sup me. t Trāsierūt ire tue rē. i. effect⁹ pu nitionis tue venerūt sup me. v Circūdederunt me sicut aqua tota die. i. sicut aqua tāgit intrātē ipam circūquaq̄ ita punitōes tue tetigerūt me in aia ⁊ corpe. x Circūde derūt me simul. ⁊ hoc facit ad aggrauatōem: q⁹ q̄n aliē ma la pene eueniūt successiue facili⁹ portant. y Elongasti a me amicū ⁊ p̄xim̄. i. illos q̄ fuerūt añ amici mei ⁊ p̄ximi: ita q̄ nō possū habē ab eis p̄siliū ⁊ auxiliū. z Et notos meos a miseria. supple mea: ita q̄ p eos non pōt releuari. In translatione vero hiero. hr: Et notos meos abstuliſti. ita q̄ nō p̄nt auxilium ferre mihi. Scōm doctores nr̄os ca tholicos Aug. ⁊ Hiero. rē. q̄b⁹ in hac pte magis est adherē dū: mā huius p̄s. ē passio dñi nr̄i iesu christi: quā p̄s. p̄uidit p spm̄ pphie: ⁊ etiā scripsit in hoc p̄s. loquēs in p̄sona chri sti. Sed hāc expositionē nō p̄sequor: q⁹ clare ⁊ lucide tradi ta est in glo. sup psalteriū q̄ habet vbiq̄: ⁊ sic ad eā pōt q̄li bet recurrere: ⁊ scōm hoc expositio quā posui est tm̄ figura lis: q⁹ oia in figura p̄tingebant illis. j. Corinthior⁹. x. ca.

Jn. p̄s. lxxxvij. Dñe de⁹. vbi dicit in postilla. Canticum p̄s. filij chore. Additio.

Qjtulus hui⁹ p̄s. videt singularis inr ceteros. est eni duplicat⁹: q⁹ cū dr: Canticū psalmi filij chore. vr idē titul⁹ oino cū titulo. xlvij. q̄ incipit: Magnus dñs q̄ habet p titulo. Canticū p̄s. filior⁹ chore. ⁊ sic in q̄bus dam alijs. cū aūt addit ad victoriā sup mahalach rē. vide tur alt⁹ titul⁹ cū ibi noiet alt⁹ tāq̄ actor p̄s. Jtē in q̄cūq̄ titu lo ponit hec dictio ad victoriā seu victori semp ab ipsa ea dem dictōe incipit titul⁹: ut p̄z discurrēti p oēs titulos psal mor⁹ vbi hec dictio ponit: sed cū in hoc titulo post̄q̄ dixe rat: Canticū psalmi filior⁹ chore. postea sūdit Ad victoriā rē. Ex hoc p̄z q⁹ sit secūdus titul⁹: q̄ q̄dē titul⁹ sic duplicat⁹ manifeste facit p opinione beati aug. attribuētis auctoritā tem oīum p̄s. ipsi dauid: ⁊ diuersitatē titulor⁹: in q̄bus alij dicūt q̄sdā actores attribuit officio cantoratus. s. eo q⁹ dauid actor distribuebat quosdā psalmos q̄busdā cantorib⁹ q̄ satis habet ex hoc titulo vbi duo q̄sdā actores noiant s. filij chore ⁊ heman: q̄ nō p̄tingit i pphetic̄is locutio nib⁹. Jz eni pphe p̄currāt frequēter in eadē snia: nō tam in eadem forma vborum. nec vnq̄ legitur q⁹ vna ⁊ eadem pphetia numero duob⁹ pphetis sil⁹ ⁊ semel attribuat Cū igitur iste psal mus attribuatur p̄mo filijs chore: secūdario vo he man: mānifestum ē q⁹ isti nō ponunt h tanq̄ actores: sz potiꝰ tanq̄ canto res. filij eni chore erant leuite: simi liter ⁊ isti egraite: ut hī in locis allegatis p postillatores ad planū ⁊ verū sensum: vnde ⁊ vtrisq̄ tanq̄ cantorib⁹ dauid: distribuit istū p̄s. q̄ rōne eis intitulat. p̄nt etiam multi cōformit vnū ⁊ eundū psalmū vel hymnū canta re sb omnimoda p̄formitate sonor⁹ ⁊ modulaminum: nō tm̄ eandē pphetiā sb eisdē vbis ⁊ syllabis p̄ferre. q̄li bet eni pph̄a habet suū p̄priū modū loquēdi seu scribē di in pphetijs: vñ ⁊ hiero. dicit in plogo sup Esa. q⁹ ipse fuit vbane eloquētie: non aūt hieremias: ⁊ sic de alijs: vñ apud veros hebraicistas mod⁹ loquēdi tot⁹ psalterij est cōformis q̄si ab vno pph̄a seu actore p̄posit⁹: sicut ⁊ pentatheucus ⁊ alij libri q̄ tātū vnū hnt actorē. postilla tor vo volēs fugere rōnez: q̄ p beato augustino manife ste facit asserit q⁹ actor huius p̄s. fuit heman egraites vo lens excludere filios chore: q̄ nō valet: cū p̄s. iste p̄mo intitulet filijs chore: ⁊ secūdario heman: ut dcm̄ ē. Scie dum etiā q⁹ multi hebreor⁹ expositores sūt isti⁹ opinio nis. s. beati aug. allegātes ad hoc illud q̄ legit. ij. Regū xxiij. ca. vbi de ipso legit q⁹ fuit egregi⁹ psalmista israel ut ibidē: q̄ q̄dem allegatio videt valida. si eni psalmi in titulati filijs chore ⁊ asaph oēs eēnt ab eis p̄positi potiori mō potuissent vocari egregij psalmiste isrl q⁹ ipe da uid. psalmi eni eis intitulati ut cōiter tractāt ad lrā de altioribus⁹ mystirijs christi ⁊ eccle q⁹ psalmi intitulati ipsi dauid: q̄ p magna pte tractāt lrāliter de suis casib⁹ sin gularib⁹: put p̄z in quattuor p̄s. immediate p̄cedētibus p̄s. eni q̄ incipit: Quā dilecta tabernacula tua rē. intitu lat filijs chore: in quo q̄dē p̄s. tractat de beatitudie cele sti. similiter p̄s. q̄ incipit: Benedixisti dñe. intitulatus eisdē: tractat egregie ad lrām de p̄mo aduētu christi. p̄s. etiā q̄ incipit: Fūdamēta ei⁹ eisdē intitulat⁹ tractat nota biliter ⁊ valde cōpēdiose de ecclesia triūphante ⁊ militā te: ut. s. dcm̄ ē. p̄s. vero inter p̄dictos posit⁹ q̄ incipit: In clina dñe. intitulat⁹ ipi dauid agit ad lrām scōm postil latorē de p̄secutione quā passus ē dauid a saule: ⁊ alijs suis p̄secutorib⁹: q̄ q̄dem mā ad lrām incōpabilit ē mi norib⁹ dignitatis respectu p̄dictar⁹: ⁊ similit inueniet in toto psalmo q̄si p magna pte. Ualde ip̄ropie igit attri bueret soli dauid q⁹ esset egregius psalmista: cum filij chore ⁊ asaph similiter ⁊ heman potius debuerūt dici egregij si psalmorum qui sunt eis ītitulati fuissent acto res: ⁊ dauid esset actor eorum tātum: qui ei intitulant. Sunt etiā alie rationes pro opinione beati augu. que fuerunt supra tacte in suis locis: ista autem ponuntur hic eo q⁹ respiciunt singularitatē istius titul. Jtē scien dum q⁹ hec dictio mahalath: q̄ ponitur in hoc titulo sumēda est in illa prima significatione. s. put significat quoddaz instrumentū musicū vel certū modū cantādi

cui concordat hoc qꝺ statim sequit ad respondendum. Sunt autem quedam cantica que cantant per modum responsoꝝ: ut in eccla frequentatur. vnde circa titulos psalteriꝝ videt dicendū q̄ sunt quidam q̄ exprimūt materiam principalē psalmi vel saltem illud a quo psalm⁹ incipit exordiri: sicut p̄s. iij. Domine quid multiplicati. cuius titul⁹ est: Psalm⁹ dauid cum fugeret ab absolon filio suo: ⁊ sic de similib⁹. Sunt alij tituli in q̄bus nō exprimit materia nec aliquid de contentis in psalmo: sed declarat modus cantandi: ac si diceretur in p̄mo tono vel in secūdo tono ⁊ huiusmōi: vel declarat organum musicum in quo talis cantus ꝓprius debet poni: ⁊ istis modis intelligunt: negumoth qꝺ ponit in quarto psal. ⁊ nehiloth que ponit in quinto: ⁊ mahalach que ponit in hoc p̄s. ⁊ sic de multis alijs: ⁊ istius opinionis est ra. abēhaꝛa qui inter alios expositores hebreos fuit perfectior in sua grāmatica: vnde nō est curandum quātum ad sensum lr̄alem de istis titulis q̄ ad ostensionem mōi cantādi vel psallendi ponunt: nisi forte per modū etymologie: que nō ptinet ad sensum lr̄alem: vnde ⁊ eccle sia vniuersalis cui⁹ auctoritas maxima est: non consueuit legere hos titulos in ecclesia. His obmissis circa materiam hui⁹ psalmi postillator videt non modicum a veritate deuiare: ⁊ postponit etiam sententiā doctorum nostroꝝ qui cōmunit tenent hunc p̄s. de passione christi tractare: ⁊ adheret opinioni ra. sa. singulari qui ipm exponit de afflictione iudaici ppli in babylonica captiuitate: quā quidem expositionē ra. sa. littera nō patitur ut patet manifeste in certis locis: ⁊ p̄mo in hoc qꝺ dicit In die clamaui ⁊ nocte coram te ⁊c. oñsum est enī supra i additione q̄ ppls ille in babylonia existens tot⁹ vel maxima ps eius a qua totū dꝛ denominari erant idolatres aūt pueri ⁊ daniel ⁊ esdras: tanquaꝝ pauciss̄imi ꝓ nihilo sunt reputādi: fm phm in. ij. physicoꝝ. vñ orato taliū idolatraꝝ nō erat exaudibilis vsquequaq;. Item hoc qꝺ dicit: Inter mortuos liber. nō ꝓprie intelligitur fm hāc expositionē: liberatio enī p mortē falsa liberatō est: nisi in illis q̄ alia vita meliorem certitudinaliter spectant: vñ ⁊ phus improbat in ethicis occidētes seipos quātūcūq; sint in angustia sūma positi. Itē qꝺ sequitur Nunqd mortuis facies mirabilia ⁊c. vsq; ibi: In terra obliuionis. valde insufficienī exponūtur fm hāc expositionē. vult enī postillator allegare in psona illius ppli q̄ nulla via eēt ad restituēdū diuinū cultū nisi p reductionem ppli in iudeā: qꝺ est mānifeste falsū. poterat enī diuinus cult⁹ repari p alias nationes: eo mō q̄ dī Matth. iij. ca. Potes est de⁹ ex lapidib⁹ istis suscitare filios isr̄l: q̄ qdem auctoritas bn̄ intellecta cōtradicit huic expositioni postillatoris: simil̄r hoc qꝺ dicit: Ut qd dñe repell̄ oꝛonem meā ⁊c. nō verificat de babylonicis: q̄ ut dcm̄ est indigni erāt exauditione: vñ inuanū q̄rerēt: Ut quid dñe repellis. vñ ꝓpter ista ⁊ multa alia q̄ ex istis possent deduci tota lr̄a fere p̄s. nō est applicabilis huic expositōni. Nec rationabiliter hec expositio debuisset occupare mēbrana: qꝛ nec est lr̄alis nec figuralis. Vꝺ igit expositio hui⁹ p̄s. q̄renda est in glo. nr̄a vbi singularia vba ponderant ⁊ applicat passioni christi: qui qdē christ⁹ fuit vere inter mortuos liber: ut in glo. cū q̄busdā suis circūstātijs ⁊c.

Replica.

IN psalmo. Domine de⁹ salutis mee. burgen. dicit non esse curādū de titulis: ideo eccla vniuersalis que est maxime auctoritatis: nō ꝓsuevit legere hos titulos: ⁊ tamē in multis locis fecit de eis magnos tractatus. Sed in mā hui⁹ psal. burgen. valde inuadit postillato. dicens ipsum multū a veritate deuiare: ⁊ postponē sniam doctoꝝ nr̄oꝝ q̄ cōit tenēt hūc psalmū tractari de passione christi. Inspicienti aūt diligenter factū postillatoris: patet q̄ burgen. falsum ponit postil. nam ipse amplectit cū sanctis doctoribus eandem veritatē sic dicens circa finē hui⁹ p̄s. Scōm doctores nr̄os catholicos: Aug. ⁊ Hiero. ⁊c. q̄bus in hac pte magis adherendum est mā hui⁹ p̄s. est passio dñi nostri iesu christi: quā puidit p̄s. per spiritū ꝓphēticum ⁊ eā scripsit in hoc p̄s. loquēs in persona christi: que expositio qꝛ clare tradita est: ⁊ in glosis nostris cōiter reperit eā non resumo sed solū expono lr̄am ut figuralē: iuxta illud. j. Coꝛ. x. Omnia in figura contingebant illis. hic mod⁹ dicendi debuit sufficere burgen. in multis locis psalmoꝝ ne calūniaret postillatorē figuraliū exponentem: figuratam tamen ⁊ ꝓncipaliter a. ss̄. materiā intentam non reijciendo. Illa autem que burgen. opponit cōtra illam figuralem expositionē non sunt insolubilia. Primuꝝ cum dicit q̄ ppls tempore captiuitatis babylonice fuit cōit malus: ⁊ per cōsequens frustra orat qꝛ non meret exaudiri Ad qꝺ respōdeo q̄ ista oratio non ponitur hic exaudibilis merito populi captiuati: sed merito prophete psonam ppli captiuandi assumētis ⁊ ꝓ populo orantis ⁊ rationes exauditionis allegantis: ꝛ⁰ obiecit burgen. de eo qꝺ dicit: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber: qꝺ de eis verificari nō potest: quia mors peccatoꝝ pessima: non igit libera. Ad qꝺ dico q̄ nō est allegatio ppli sed ꝓphe credentis ⁊ sperantis meliōris gr̄e repositionē per mortem. ꝫ⁰ obiecit burgē. ꝫ illud qꝺ dicit: Nunqd mortuis facies mirabilia ⁊c. qꝺ dicit incōuenienī exponi quasi nō sit via repandi cultum diuinum nisi per liberationem populi a captiuitate predicta. Ad hoc respondetur q̄ postillator exponit nō de necessitate sed de congruitate: qꝛ magis decuit diuinum cultum repari p ppl'm in natione legis desponsatum in lege educatū: ⁊ vñ cōstabat ex diuina ꝓmissione christuꝝ nascituꝝ. Ne igit ꝓmissio facta patribus frustraret de potētia ordinata id fieri oportuit: quanuis de potestate absoluta multiplex alius modus possibilis fuit iuxta allegatum burgen. de Matth⁹ iij. Pōt deus de lapidib⁹ suscitare filios abꝛae. quam auctoritatem burgen. pensat valde contra postilla. cum tamen laboret in equiuocis: qꝛ iste loq̄tur de potentia ordinata: ille aūt de absoluta que respicit potentiaꝝ obiectiualē: scōm quā quodlibet pōt fieri ex quolibet: non aūt scōm ordinatā scōm quā ex aḡimo vel lapide nō fit hō qꝺ vltimo obiecit burgē. videlicet q̄ ppls captiuus: qꝛ peccauus nō meruit exaudiri: ideo frustra in psona eius dicitur: Ut quid dñe repellis oratione meā ⁊c. Soluit ex rōnis ad ꝓmam obiectionem.

Psal. LXXXVIII.

MIsericordias domini. Huic p̄s. ꝓmittitur talis titulus in hebreo ⁊ in translatōe hiero. Eruditio ethan egraite. in quo notat actor hui⁹ p̄s. sicut dictum est plenius p̄s. precedenti. Dicit aūt psalm⁹ iste eruditio ethan: quia de ipso fuit eruditus p spiritum sanctum ⁊ ipsum scripsit ad eruditionē alioꝝ. De mā aūt huius p̄s. dicunt cōcorditer doctores hebrei ⁊ latini q̄ psalm⁹ iste loq̄t de stabilitate ⁊ ꝓpetuitate regni dauid: que completa est in christo ⁊ in nullo alio: de cui⁹ regno dicit Daniel. vij. Aspiciebā in visione noctis: ⁊ ecce quasi filius hōis veniebat ⁊c. ⁊ sb̄ditur: Potestas ei⁹ ptās eterna que nō auferet: ⁊ regnum ei⁹ qꝺ nō corrumpet: scōm expositores hebreos ⁊ latinos sed in hoc est differentia q̄ iudei expectant hoc esse complēdum in messia futuro. Catholici vero dicunt hoc esse completum in christo qui descēdit de semine dauid scōm carnē Ro. j. ⁊ Matth. j. vbi eius generatio describitur per dauid ⁊ de perpetuitate regni eius dixit angelus ad virginē: Lu. j. Dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob in eternū: ⁊ regni eius non erit finis. Diuidit aūt p̄s. iste i duas ptes: qꝛ ꝓmo psalmista se excitat ad dei laudationem: secundo explicat hui⁹ laudis rōnem: ibi

Eruditio ethan ezraite.

Psalmus. LXXXVIII.

Misericordias dñi: in eternū cātabo. In generatione ⁊ generationez ānūciabo vitatē tuā i ore meo. Quoniā dixisti i eternū misericordia edificabit in celis: pparabit vitas tua i eis. Disposui testamētum electis meis: iurasti dauid seruo meo vsqz in eternuz pparabo semē tuū. Et edificabo in generatōe ⁊ generationē: sedē tuā. Cōfitebūt celi mirabilia tua dñe ⁊ eteni vitatē tuā in ecclesia sanctoz. Quoniā qs i nubibus equabit dño: similis erit deo i filijs dei: Deus q glorificat in cōsilio sanctorū: magn⁹ et terribilis sup oēs qui in circuitu ei⁹ sunt. Dñe deus virtutū quis similis tibi: potēs es dñe et veritas tua in circuitu tuo Tu dñaris ptati maris: mō tu aūt fluctuū ei⁹ tu mitigas Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in bza chio virtutis tue. dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi ⁊ tua est tra: orbē terre ⁊ pleitudinē ei⁹ tu fūdasti: aquilonē ⁊ mare tu creasti

a Misericordias do mini. lz eni in deo sit tātū vna misericordia sicut ⁊ vna vo lūtas: tñ hz multos effect⁹ ex qb⁹ noiat in plurali. b In eternū cātabo. i. hoc carmine laudabo: ⁊ dicit i eternum: qz puidit hūc ps. vsqz ad finē mūdi decātādum in eccla: ⁊ ista laus diuia adhuc erit pfectioz i patria: sicut dcm fuit. s. ps. lxxxiij Beati q habitāt i do mo tua dñe ⁊c.

c Annūciabo veri tatē tuā in ore meo. hoc dic: qz misericor dia ⁊ veritas iusticie semp se cōcomitant i opib⁹ diuinis: lz i ali q ope pl⁹ reluceat iu stitia: ⁊ in alio miseri cordia: sicut dcm fuit .s. plen⁹ ps. xxiij.

d Qm dixisti. hic pñt explicat hui⁹ lau dis rōnē: ⁊ primo in ge nerali: secūdo magis in spāli: ibi Cōfitebūt Circa primū sciēdū q rō hui⁹ laudis pncipa liter ē ppetuatō regni dauid in christo: que describit pncipaliter in hoc ps. ut dcm est sed qz lex disponebat ad christū: scom q dicit Gal. iij. Lex pedagogus nr fuit in christo. ⁊ iō data fuit illi soli pplo de q christ⁹ erat nasciturus: put dcm fuit plen⁹ i pncipio exodi: ⁊ iō secūdaria ratio dicte laudis ē datio legis: ⁊ vtrūqz bñficiū h describit i qdam generali: primittit tñ mod⁹ qlit pcesserūt ex ordinatione dei: cū dz: e Qm dixisti. i. ordiasti. e Misericordia edificabit in celis. qz effect⁹ diuie misericordie pus reuelant sanctis angelis: qui sunt executores opum diuinorum q hominib⁹. Dicit etiā Edificabit i celis. qz p effectū diuie misericordie circa christi mysteriū repatur ruina angelorū f Preparabit veritas tua i eis. i. veritas iusticie tue q sēp cōcomitat opus misericordie. Cōsequenter pcedit ad duo bñficia pdicta: ⁊ primo ad legis dationē cū dz i psona dñi:

g Disposui testamētū. i. legē q frequēt i veteri testō vocatur testm. h Electis meis. i. filijs isrl quos elegi in pplm peculiarē. Cōsequēter pcedit ad bñficiū pncipale dicens:

i Jurauí da. ser. vsqz in eter. ppa. semē tuū. i. nō deficiet generatio tua de semine tuo vsqz ad christū: qō pz ipletū p christi genealogiā: Matth. j. k Et edifi. i gene. ⁊ gene. sedē tuā. i. regnū tuū ptinuabo succedētib⁹ generatōib⁹ vsqz ad christū: ⁊ ita fcm fuisset nisi reges a dauid descēdētes posuissent impedimētū: qz ista primisso sicut ⁊ mlte alie i scriptura fiūt sb cōditōe: si reges a dauid descēdētes deo obedirēt sz qz mltū declinauerūt ad idolatriā: ut pz. iij. Re. iō regnū dauid tpe sedechie fuit iterruptū. l Cōfitebūt. hic pñt explicāt duo pdicta bñficia i pticulari: ⁊ primo quātū ad legis datōem: 2° qtū ad regni dauid ppetuatōem: ibi Tunc locut⁹ es. Circa primū sciēdū q lex fuit data satis cito p exitū de egypto: ⁊ iō h mētio fit de isto exitu ⁊ alijs bñficijs illi pplo exhibitis: ⁊ primo de bñficijs exhibitis añ ingressū tre promissionis: 2° p ingressuz: ibi Thabor. Circa primū dicitur

l Cōfitebūt ⁊c. Jhoc eni pfitebāt fcō i descensu manne: ō q scribit Sap. xvj. Panē paratū de celo ptitisti eis ⁊c.

m Et vitatē tuā. de adipletōe promissionis fcē Abrae ⁊ alijs pīb⁹ qb⁹ promisit trā chanaan: quā vitatē pfessi sūt filij isrl itrātes trā illā. n In eccla scōz. i. i loco diuio cultui deputato vbi pueniebāt hōies sci ⁊ deoti. o Qm qs i nu. equa. dño. Jste nubes fuerūt illa nubes q pcedebat pplm de egypto exeūtē: Exo. xiij. Et illa nubes densissima q operuit mōtem synai qñ dñs dedit ibi legē Exo. xix. ⁊ de illa nube pcedebāt vba decē q dñs dixit pplo: Exo. xx. Jn istis aūt duab⁹ singulariter apparuit virt⁹ diuina.

p Similis erit deo i filijs dei. Filij dei dicūt āgelici sic hz iob. j. Cum venissent filij dei ut assisterēt coraz dño: est igi sēsus Quis in filijs dei i. i āgelis sanctis: Erit similis deo. per eqlitatē. q. d. null⁹ qz ēt ille q iter oēs ē excellētior distat a vtute dei i infinitū. q Deus q glorificat i pcilio scōz. i. angelorum qb⁹ secreta diuia p⁹ reuelāt: ut p eos ad hōies deferant.

r Magn⁹ ptāte. s Et terribil. reuerētia ⁊ honore eo mō q dī Ge. xxviij. Quā tribilis ē locus iste. i. reuerēd⁹ ⁊ venerabil. t Sup oēs q i circuitu ei⁹ sūt. i. sup oēs āgelos q ei assistūt. v Dñe de⁹ vtutū. i āgelorz q executorez sūt diuie volūtatis: vñ vn⁹ ordo noiat vtutes.

x Quis similis tibi. q. d. null⁹ p eqlitatē: qz angeli supmi distāt a deo ipropoztionabiliter: ⁊ alie creature mlto fortius: iō sbdit: y Potēs es dñe. potētia infinita: que soli deo puenit. z Et vitas tua i circuitu tuo. Veritas intellect⁹ nri causat a reb⁹: sz vitas itellect⁹ diuini ē cā rez cā ve relucet i effectib⁹ suis: ⁊ iō vitas diuia i oib⁹ relucet creaturis: vñ glo. sup ps. xj. Defecerūt vitates ⁊c. sic ab vna facie resultāt mlte similitudies i plurib⁹ specul: sic a vitate diuia mlte vitates i creaturis. Dicūt aūt creature eē i circuitu dei ñ qz icludat i eis: sz qz itimioz ē oi creature q ipsa sibi: ei⁹ pncipia itrinseca vniēs ⁊ i eē cōseruans.

a Tu dñaris ptati maris. qz ad ei⁹ ipius mare fuit dictū: ut pberet filijs isrl trāsitū p siccū. b Motum aūt fluctuū ei⁹ tu mitigas. qz tūc aque facte sūt qsi murus solid⁹ ex vtraqz pte diuisionis: Exo. xiij. c Tu hūiliasti sicut vulneratū superbū. i. pharaonē ⁊ ei⁹ exercitū eos ibi sbmergēdo. d Jn brachio vtutis tue. q d. ista pfecta sūt p tuā potētiā. vel q dī h: Jn bza. vir. tue disper. inimicos tuos. potest referri ad victoriam filijs israel: quam dedit eis dominus de amalech: Exodi. xvij. e Tui sunt celi ⁊c. quasi diceret: non est mirandum si feciste talia: quia tu feciste omnem creaturaz celestem ⁊ terrestrem: ⁊ ideo est in obedientia tua.

f Aquilonem ⁊ mare tu creasti. Jn hebreo ⁊ in translatione Hieronymi habetur: Aquilonem ⁊ dextrum tu creasti per dextrum secundum q dicit Rabi salomon: intelligitur pars australis oppositi aquilonis: quia si homo vertat faciem suam de occidente

versus quē iudei adorāt ad orientem: habet austrum ad partē dexterā. a Thabor. Hic cōsequēter describūt bñficia post ingressum terre promissionis: cū dr Thabor ⁊ hermon ⁊c. Thabor est mons in tra promissionis in q̄ fuit denūciata victoria barach de sisara ⁊ de eꝰ exercitu: Judi. iiij. que victoria fcā fuit virtute diuia: ut scḋ ibidē. v. cap. De celo dimicatū ē ꝯ eos. Et p gra rū actiōe delbora ⁊ barach cātauerūt canticū: Jud. v. De mōte vero hermon nō reco lo aliqd notabile scm: ibi nisi dicat illud qd supra posui ps. xlj. s. q̄ hermon ē mons ppi quus loco iordanis: vbi trāsierūt filij isrl sicco pede de quo beneficio deū laudauerunt ppt qd dicitur:

Thābor ⁊ hermon in nomine tuo exultabūt: tuum brachiū cū potētia. Firmēt manꝰ tua: ⁊ exaltet dextera tua: iustitia ⁊ iudiciuꝫ preparatio sedis tue. Misericordia ⁊ veritas præcedent faciē tuā: beatus ppls q̄ scit iubilationē. Dñe in lumine vultꝰ tui ambulabūt ⁊ in noie tuo exultabūt to ta die: ⁊ in iustitia tua exaltabūtur. Quoniā gloria virtutis eoꝝ tu es: ⁊ in bñ placito tuo exaltabit cornu nr̄m. Quia dñi est assūptio nr̄a: ⁊ sancti isrl regis nr̄i. Tunc locut̄ es in visione sanctis tuis: ⁊ dixisti: posui adiutoriuꝫ in potēte ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Inueni dauid seruuꝫ meū: oleo sancto meo vnxi eū. Manꝰ.n.mea auxiliabit ei: ⁊ brachiū meū ꝓfirmabit eū. Nihil proficiet inimicꝰ in eo: ⁊ filꝰ iniquitatis nō apponet nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimicos eiꝰ: ⁊ odientes euꝫ in fugā cōuertā. ⁊ Et veritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in noie meo exaltabit cornu eius. ⁊ Et ponaꝫ in mari manuꝫ eius: ⁊ in fluminibus dexteram eius. ⁊ Ipse inuocabit me pater meus es tu: ⁊ deus meus ⁊ suscetor salutis mee. Et ego primogenitum ponā illuꝫ

b Firmet manꝰ tua. ꝯ inimicos nr̄os. c Et exaltet dextera tua. eos debellādo: qd fuit ipletū qñ iosue debellauit reges chananeoꝝ. d Justicia ⁊ iudiciū ꝓparatio sedis tue. Sedes aūt dei dicebat ppciatoriū: ut dcm fuit Exo. xxv. Ista sedes fuit ꝓparata qñ arca testamēti supra quam erat ppciatoriū habuit stabilē māsionē: qd primo fuit i silo: Josue. xviij. secūdo i templo salomonis. iij. Reg. viij. Ad ꝓparatōem aūt huiꝰ pcessit iustitia dei ⁊ iudicium qb' chananei fuerūt debellati: ⁊ etiā ppter nequitias suas electi: ⁊ similr tpe salomonis qñ data ē pax pplo israel ne turbaret ab oīb' aduersarijs i circuitu. iij. Reg. iiij. e Misericordia. erga nos. f Et veritas. erga pīes nr̄os: qb' promisisti dare terrā chanaā in eorum filijs. g Precedēt faciē tuā. expellēdo aduersarios de terra illa ut arca tua ⁊ ppciatoriū habeāt quietā māsionē. ⁊ qr diuie laudes ibi cātabāt: iō sḋit: h Beatꝰ pplꝰ qui scit iubilationē. Isti erāt sacerdotes ⁊ leuite ad diuinum obsequm deputati: de qb' adhuc sḋit: i Dñe in lumine vultꝰ tui ambulabūt. i. in lumine naturalis rōnis qd est qdā impssio diuini lumis: ut dcm fuit. s. psalmo xliij. ⁊ in lumine diuie legis in q̄ lumie sacerdotes ⁊ leuite alios pcedebāt tāq̄ magis edocti. k Et i noie tuo exultabūt. te devote laudādo. l Tota die. i. singulis dieb': horis tamē ad hoc cōpetētib': qr oportebat eos aliqñ refici ⁊ quiescere. m Et in iustitia tua exaltabunt. qr ad sacerdotes leuitici generis casus dubij referebant ut viderēt qd eēt iustū vel iniustū: ⁊ eorum sentētia inuiolabiliter obseruabat: ut habetur Deut. xvij.

n Quoniā gloria virtutis eorum tu es. hoc est: virt' eoꝝ ⁊ sapiētia ad tuā gloriam ordinat. o Et in bene placito tuo exaltabit cornu nostrum. i. potestas nostra que per cornu designat in scriptura: cuius causa sḋit: p Quia dñi ē assūptio nr̄a. sua virtute educēdo nos de egypto ⁊ i trā promissionis iducēdo. q Et sancti isrl. ⁊ p idest i. dei isrl q̄ ē sanctus sanctoꝝ. ita q̄ isrl ē h genitiui casus: sic Esa. j. Blasphemauerūt sanctū isrl. i. sanctū deū isrl. r Regis nr̄i. Ab eductōe eni isrl de egypto vsq̄ ad tps salutis nullus habuit ppe ptātē regiā sup illos nisi deus: sic declaratū fuit ī. libro Josue ⁊ Judi cū: ppt qd cū pplus petiuit regez: Dñs dixit ad samuelē. j. Re. viij. Nō te abiecerūt sz me ne regnē super eos. s Tūc locut' es. Hic ꝓpt describit i spāli principale bñficium. s. de ppetuitate regni dauid. Circa qd psalmista primo recitat diuinā promissionē 2° regni dauid deiectionē: ibi Tu vo repulisti: 3° ꝙplorat eiꝰ restitutionē: ibi Usqueq̄ dñe. prima adhuc in tres: qr primo recitatur promissio de regni dauid promotione: 2° de successoꝝ eiꝰ correctōne: ibi Si autez. 3° de dauid regni ppetuatione: ibi Misericordiam. Circa primū dicit

s Tūc. s. illo tpe q̄ saul tāq̄ rex fuit pplo plat'. t Locut' es sā. t. i. samueli de inūctōe dauid. j. Re. xvj. ⁊ ipi nathā de successiōe regni dd. ij. Re. viij. v Et dixp. adiu. s. meū. x In potēte. i. i ipo dauid q̄ a iuuētute leonez ⁊ vrsū ⁊ gigātē iterfec. j. Re. xvij. y Et exaltaui electū. i. dauid. z De plebe mea. i. de hūili statu: quia tūc pascebat oues actu. j. Re. xvj. iō sḋit: a Inueni dauid fuū meū. i. fuū fidelē ⁊ bonū. b Oleo sācto vnxi eū p samuelē. j Re. xvj. 2° sup iudā tm. ij. Re. ij. 3° sup totū isrl. ij. Re. v.

c Manꝰ.n.mea. i. fortitudo mea. d Auxiliabitur ei. ꝯ hostes. e Et brachiū meū ⁊c. repetitio ē eiusdē ī noie ad maiorē expssionē. f Nihil ꝓficiet ⁊c ⁊. i. saul cū satellitib'. g Et filꝰ iqtatis. i. absalō cū sibi adherētib': q̄ valō iij q̄ rebellauit ꝯ dauid ꝓter suū q̄rēs eiꝰ mortē. h Et cōcidā a facie eiꝰ ūmicos eiꝰ. i. philisteos q̄rētes destruē regnū eiꝰ. ij. Re. v. i Et odientes ⁊c ⁊. i. āmonitas ⁊ syros q̄ fugerūt a facie exercit' dauid. ij. Re. x. k Et vitas mea. iplēdo sibi promissū. l Et misericordia. remittēdo ei multiplex peccatū. s. adulteriū cū bersabee homicidiū vrie ⁊ superbia in pplī numeratōe: ut hī. ij. Reg. xj. ⁊. xxiij. lz eni dauid fuerit punit' tpalr: ñ tñ etnaliter. m Et i noie ⁊c ⁊. i. ptās regia: ꝓpter qō sḋit: n Et ponā ⁊c. ⁊ qr dauid sbiecē sibi terraz philistinoꝝ situatā sup mare mediterraneū. o Et in fluminib' ⁊c ⁊. i. i syria vbi sūt plura flumia: vñ et mesopotamia syrie dr a meso qō ē mediū ⁊ potamos fluui': qr ē i medio fluuioꝝ hic ⁊ ide currētiū: sic dcm fuit plen': Ec. xxiij ⁊ hꝰ fuit ipletū qñ dauid debellauit syros ⁊ tributo sbiecit ij. Re. x. p Ipse inuocauit ⁊c ⁊. Dauid. n. fuit valde devotus ⁊ frequēt inuocauit deū ⁊ saluatorē: ut pz i hꝰ li. psalmorū i plurib' locis. q Et ego ꝓmogenitū ponā illū. i. honorabilē sic filꝰ ꝓmogenit' ē honorabilior alijs. r Excellū p regib' ire. s. illꝰ tpis. vl p regib' ire qui erāt in circuitu

sti ꝓtēti i hoc sacramēto: cui⁹ deitate beati reficiūt iteri⁹
⁊ hūanitate exteri⁹: fm q dicit Aug. sup Jo. q aūt mā
datis dei ⁊ spāli mādato ei⁹ de eucharistia sit firmiter
obediēdū: ondit cū dr: x Sanctū ⁊ tribile no. ei⁹. qz
sanctū ē i se formalit ⁊ effectiue obediētib⁹: ⁊ tribile iobe
diētib⁹: ⁊ qz p timorē dei declinat ois a malo: Prouer.
xv. ió ꝺdit: y Initiū sapiētie timor dñi. quia recedēs a
malo accedit ad bonū sibi oppositū. z Intellect⁹ bonus
om. sa. eū. i. itellect⁹ diuini mādati ē valde bon⁹ illis q ad
iplēt mādatū i ope fm vez intellectū ei⁹: illis aūt q non ad
iplent talis itellect⁹ ē magis nociu⁹ q̄ pficu⁹: fz q dicitur
Lu. xij. Seru⁹ q cog-
volū. do. sui: ⁊ nō se
ꝓparauit ⁊ ñ fec fm vo
lūtatē ei⁹: vapulabit
multis plagis. q autē
nō cognouit volūta
tem dñi sui: ⁊ fecit di
gna: plag. vapulabit
paucis. a Lauda
tio ei⁹. q ipleuit man
tū dei scōz vez itelle
ctū. b Manet in
seculū seculi. qz eternali
ter manet ꝑmiū opis
virtuosi ꝛc.

**misericors ⁊ miserator dñs
escā dedit timētib⁹ se. Mē
mor erit i seculū testamenti
sui: virtutē opez suoruz an
nūciabit populo suo. Ut
dēt illis hereditatē gētium
ōpa manuuz ei⁹ veritas et
iudiciū. Fidelia oia māda
ta ei⁹: cōfirmata in seculū
seculi: facta in veritate ⁊ eq
tate. Redēptionē misit dñs
pplo suo: mandauit i eternū
testamētū suū. Sanctum ⁊
tribile nomē ei⁹: initiū sa
pietie timor dñi. Intellect⁹
bonus omnibus facienti-
bus eum: laudatio ei⁹ mā-
net in seculum seculi.**

In ps. ex. Confitebor tibi. Additio.

Circa expositōem hui⁹ ps. attēdēdū est q ꝑmi vsus
hui⁹ ps. qs exponit postillator de diuinis opibus
in generali pñt ꝓpr⁹ adaptari sacramēto eucha
ristie: de q̄ p totum ps. agit: qđ sic pz: nā cū in ꝑmo vsu dicit
Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo in ꝓcilio iustoꝝ ⁊ cō
gregatione. ꝓprie pōt itelligi de sacramēto: cui⁹ istitutio fu
it fcā i ꝓcilio. s. in secreto apostoloꝝ: vbi eni nos habem⁹ in
ꝓcilio: hebraica vitas hz in secreto. Fuit aūt hoc sacramētū
istitutū i cenaculo secreto: ut Matth. xxvj. ⁊ p ꝓñs i ꝓcilio
iustoꝝ. s. christi ⁊ apostoloꝝ. vsus etiā ei⁹ est in cōgregatio
ne: qz in vnitate eccl̄astica ad quā ordinat ⁊ figurat. vñ sac
mētū vnitatis dr: ⁊ sic est i cōgregatōe iustoꝝ. s. fideliū. Con
sequenter cum dicit: Magna opa dñi. intelligi pōt ꝓprie de
hoc sacmento in q̄ sūt due ꝓsecratōes: sicut ⁊ duplex mā: q̄
q̄dē ꝓsecratōes sunt Magna opa dñi. nihil eni mai⁹ est seu
mirabili⁹ q̄ q p vba sacmētalia ꝺstātia panis ⁊ vini i cor
pus ⁊ sanguinē christi trāsꝺstantialit ꝓuertant: in q̄ ꝓuersi
one plura difficilia sunt q̄ in creatōe: put san. Tho. in ītia
pte. q. lxxv. articulo. viij⁰ i rñsione ad ttiū argumētū deduc
vñ de istis ꝓsecratōib⁹ posset dici Magna opa dñi. sequit
aūt ttio: Exq̄sita in oēs volūtates ei⁹. Pro q̄ sciēdū q hz vo
lūtas diuia q̄ est ei⁹ entia simplicissima sit: tñ dicūt multe
diuie volūtates p modū signi seu effect⁹: vñ magister in .j.
dis. xlv. ex hac auctoritate ps. s. Exq̄sita in oēs volūtates. ar
guit q dei volūtas multis modis accipit: vñ ibidem q̄nqz
modos ponit: qb⁹ diuia volūtas. s. signi accipit i scripturis
Dicit eni de⁹ velle illud qđ ꝓcipit fieri: ⁊ isto mō inotuit vo
lūtaꝫ diuia circa hoc sacramētū cū de eo dñs dixit: Lu. xxij
ca. hoc facite. Secūdo dr de⁹ velle illud qđ ꝓhibet. per hoc
eni q de⁹ ꝓhibet aliq̄d fieri significat se velle q nō fiet: q̄ q̄
dem voluntas diuina. s. ꝓhibitiua circa hoc sacramentum
inotuit: vñ. j. Lor. xj. ca. Quicūqz manducauerit panē ⁊ bi
berit calicē dñi indigne ꝛc. z dicit de⁹ velle illud qđ ꝑmittit
fm Augu. in encheridion dicentem: Non fit aliq̄d nisi de⁹
oipotens fieri velit vel sinēdo vt fiat vel ipse faciēdo: ⁊ isto
mō volūtas dei inotuit in hoc sacramēto cū peccatori oc
culto ꝑmittit hoc sacramētū dispēsari: ut Aug. dicit super
illud ps. Manducauerūt ⁊ adorauerunt oēs pingues terre
Quarto dicit deū velle illō qđ ꝓfuluit fieri: ⁊ h⁹ mō inotuit
voluntas diuina circa hoc sacramentū: nam licet Jo. vj. le
gitur: Nisi manducaueritis carnē filij hominis nō habebi
tis vitam in vobis. p hoc tñ fz doc. nō iponit ꝑceptū neces-
sitatis ad sūptionē hui⁹ sacmēti: sz tātū rē sacmēti, put Au.
sup exp̄redictū verbū Joh. declarat: vnde sumptio huius
sacramenti corporaliter quantum ad populum vel laicos

cadit sb cōsilio potⁱ q̄ sb p̄cepto. q̄nto dr deū velle id qō fit: ⁊ hoc mō volūtas diuina māifeste inotuit in hoc sacra mēto in eⁱ⁹ institutōe p christū fcā: ⁊ in eius vsu ab eccla frequētato: sic igit: Magna opa dñi. p̄dicta exquisita sunt in oēs volūtates eⁱ⁹. qr exq̄site a fidelib⁹ circa illud volūtates dei sūt obseruāde. Cōsequēter. iiij⁹ dicit Cōfessio ⁊ magnificentia opⁱ eⁱ⁹. vbi opus eⁱ⁹ accipit p hoc sacramēto ad qō ptinet confessio: qr sacrificiū laudis: simiit ⁊ magnificētia ex magnitudine mirabiliū in eodē cōtentor. Et notāter in p̄cedenti versu nominat hoc sacramētū in plurali: cum dicit Magna opa dñi. ad designādū duplicē cōsecrationē: ut dictum est: in hoc aūt vsu noiat singulariter: cū dicit Opⁱ eⁱ⁹. ad denotandū vnitatē huⁱ⁹ sacramēti qō est vnū tantū foz maliter ⁊ pfectie: quē modū nominādi eccla tenet in quadā collecta in qua loquens de hoc sacramēto: primo nominat illud pluraliter: cū dicit Purificēt nos sacramenta q̄ sūpsimus. Cōsequēter aūt noiat illud singulariť: cum sbdit Hoc sacramētū nō sit nobis reatⁱ ad penā ⁊c. Cōsequenter. vⁱ de effectu huⁱ⁹ sacramēti dicit: Et iustitia eⁱ⁹ manet in seculum seculi. nā p hoc sacramētū p̄fert gr̄a dicente christo: Jo. vj. Panis quem ego dabo caro mea est p mūdi vita. s. spūali gr̄a: aut iustitia dicit: iuxta illud ad Ro. iij. Justificati gratis p gr̄am. per quā quidē gr̄am gloria etiā adipiscit: vñ ibidez dñs dicit: Si q̄s māducauerit ex hoc pane viuet in eternuz ⁊ sic p̄prie dr Justitia eⁱ⁹. s. huⁱ⁹ sacramēti manet in seculuz seculi. Cōsequēter. vⁱ dicit Memoriā fecit mirabiliū suoz ⁊c. Circa qō notandū q̄ licet manna fuit figura huⁱ⁹ sacramēti nō tn ad memoriā illⁱ referēda sūt hec vba p̄s. s. Memoriā fecit mirabiliū suoz. ꝓut postil. dicit: tū qr alie figure p̄cesserūt hoc sacramētū in ve. le. sicut agnⁱ paschalis ⁊ oblatio melchisedech ⁊ huiusmōi: ad q̄ nō p̄nt hec verba referri cū de eis nō verificaret q̄ cēnt mirabilia: tū qr est figuratū melⁱ figura q̄ ad ipsum ordinat: sicut rex dignior ē q̄ eius imago. vñ valde inconueniēter dr q̄ res figurata sit ad hoc ut deueniat in memoriā sue figure: sed potⁱ dicēdū est ecōtra. vñ verⁱ dicēdū ē q̄ hec est esca salutaris quaz dedit de⁹ timētib⁹ se: ⁊ memoriā suoz mirabiliū. s. dñice passionis in q̄ maxia mirabilia nr̄e saluti ptinētia inueniunt. vñ cū christⁱ hoc sacramētū instituere⁹ exp̄sse dixit: Hoc facite in meā cōmemoratione. Lu. xxij. Ad quā memoriā p̄pissime adaptant vba p̄s. cū dicit: Memoriā fec mirabiliū suorū. vñ fz doctores sacerdos celebrans dz actualiť memoriā passionis in mēte habere. In eodē p̄s. vbi dr i postil. Sanctū ⁊ terribile nomē eius. Additio.

POssibile est ut quis p timorē dñi. s. seruilē recedat a malo: ⁊ cū hoc tn nō accedat ad bonū. nā timor seruilis pōt eē sine charitate: vñ expositio postil. in hoc vsu. s. Initiū sapiētie timor dñi. nō vr sufficiēt dicta sed hec vba p̄s. ad lr̄am expressi⁹ ⁊ verⁱ exponūt a magistro i iij. Dist. xxxiij. vbi dicit q̄ vterq3 timor dei. s. seruilis ⁊ initialis: dicit initiū sapientie diuersis tn rōnib⁹. Nā seruilis dr initiū sapiētie: in quātū p̄parat locū sapiētie ⁊ duc ad ipaz Initialis vero dr initiū sapiētie: qr est inchoata sapiētia: qa nō solū recedit a malo ꝓpter vitādas penas sicut seruⁱ: sed etiā ad vitādā offensam diuinā: sicut filⁱ: huic tn secūdo timori. s. initiali ꝓpr̄ applicāt vba p̄s. p̄cedētia hūc vsum. s. cū dicit: Sanctū ⁊ terribile nomē eⁱ⁹. Nā timor initialis refugit terribilitatē dei. s. penas ab eo inflictas. oritur etiā ex excellētia diuie sanctitatis quā timet offendere seu amittere ⁊ sic timet deū inquātū sanctū ⁊ inquātū terribile nomen eius. Cōtinuantur etiā hec vba. s. Initiū sapiētie timor dñi cū imediate sequētibus magis ꝓprie si intelligant de timore initiali q̄ de seruili. Initialis eni timor est: Intellectⁱ bonus oib⁹ faciētibus eū. qr lz nō manet in eternū sicut filialis ⁊ castus: tn opa in eo fcā sūt bona simpliciť inquātū meritoria: eo q̄ talis timor nō est sine charitate saltē inchoata: ⁊ sic talis timor est intellectus bonⁱ oib⁹ faciētibus eum qō nō pōt dici de timore seruili quē charitas foris mittit. j. Jo. iiij. ca. Est aūt attendendū q̄ timor dei in sacra scriptura aliqñ dicit q̄ est ipsa sapiētia: ut pz Iob. xxviij qō videt cōtrariū huic qō dr i p̄s. Initiū sapiētie timor dñi. nihil eni ꝓpus est seipso: sed ad hoc dicēdū q̄ timor ille q̄ dr ipa sapientia intelligit de timore filiali q̄ cōparatur ad totam vitā humanā per sapientiā regulatam sicut radix ad arborem: vñ eccle. j. Radix sapientie est timor dñi. cuⁱ rō est: nā sicut radix totā arborē continet virtute: sic filialis timor q̄ semp est in charitate firmatⁱ totam vitā viri pfecti continet. Replica.

IN p̄s. Confitebor. quē ⁊ postil. ⁊ burgen. exponunt de sacramēto eucharistie sine magna cōtrarietate: Burgen. tn extendens alas ad volādum inter cetera dicit: In trāsubstantiatione plura difficilia q̄ in creatione: ⁊ allegat ad hoc sanctū Tho. iij. pte. q. lxxv. vbi ozit dubiū an illa difficultas se teneat ex pte dei: rei: vel intellectⁱ nr̄i. nō ꝓmū: qr apud deū nihil est difficile: imo apud intelligētias separatas sm phos difficile est ipossibile: alias enī oporteret eas ponē fatigabiles. Nec secūdū: qr ipossibilitas seu difficultas rei fiende attendi vr penes incōpossibilitatē terminoz: sed termini creationis sūt magis incōpossibiles q̄ termini trāssubstantiatōis: qr potⁱ se cōpatiūtur aliq̄d ⁊ aliq̄d: substantia ⁊ substantia q̄ aliq̄d ⁊ nihil. nec tertiū dari pōt qr intellectⁱ facilⁱ capit ex aliquo fieri aliq̄d vel aliquid fieri post aliq̄d q̄ aliq̄d ex nihilo: supposita igr dei oipotentia facilⁱ intellectⁱ capit trāssubstantiatōem q̄ creationem. In eodē p̄s. burgen. de vsu eucharistie allegat id Jo. vj. Nisi manducaueritis carnē filij hōis ⁊c. asserens q̄ quo ad ppm laicū cōmunio cozpalis est cōsiliū sed p hoc nō satisfit hereticis modernis: qr ex lr̄a nō hz illud dcm fundamētū: iō de sacramētali communione: nec quo ad clez nec quo ad laicū hz vim p̄cepti ad oēs sm vez eⁱ⁹ intellectū: qa in eodē cōtextu lr̄e declarat de qua māducatione ⁊ potatione intelligi debz videlicet ō spiritualē: qr seqt Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē in me manet ⁊ ego in eo. qō beatus aug. exponens ait: Hoc est māducare illā escā ⁊ bibere illū potuz in christo manere ⁊ christū manētem in se hr̄e: qō nihil aliud est q̄ esse in charitate christi. hoc aūt oib⁹ indifferenter est p̄ceptū saltē implicite: sed nihil directe ptinet ad sacramētalē vel cozpoalē māducationē hoc verbuz Nisi māducaueritis ⁊c. Nā hoc vbū fuit dcm diu añq̄ sacramētū eucharistie fuerit institutū: ex illa igit lr̄a de sacramētali cōmunione nō pōt fieri argumētū efficax. Nā ꝓmo debet existere in rerū nā: de q̄ agit. C. de iur. codi. l. q̄dam referunt. §. j. Nec ad futuras causas extenditur rescriptū. eo. ti. c. penul. Jn cuⁱ ca. glo. vide de hⁱ⁹ plures reales cōcordantias: quoniā ei qō nōdum est nō datur p̄uilegiū: nec pōt dici vez vel bonū qō nūq̄ fuit nec moztuū qō nūquā vixit. de eucharistia igitur sacramētali q̄ nōdū fuit tam alta sniа ꝓferri non potuit: q̄ dr Nisi māducaueritis ⁊c. nisi q̄s curiosus hereticus diceret illa vba dicta de vsu sacramēti eucharistie ꝓnostice p modū ꝓphie: sed sic dicere nō pōt in aliq̄ passu sacre scripture fudari: ea igitur facilitate cōtēnitur qua ꝓbat taliter dictum: p̄sertim cum constet ex euāgelij rotundo textu quosdam huic p̄cepto satisfeciss̄e: quos cōstat sacramētaliter nunq̄ cōmunicasse: ut patet de latrone: Lu. xxiij. et quosdam sub vtraq3 specie cōmunicasse: ⁊ tn huic p̄cepto nō satisfeciss̄e: ut pz de iuda. dicit igit magister sniaz in. iiij. dis. ix. ad intentionē beati augustini has ꝓpositiones simul esse veras: non manducans manducat ⁊ manducans non manducat. Similiť pōt

dici de potatiõe: patẽt illa ex dictis: qz stat aliquẽ satisfacere precepto allegato ꝛ xpo p charitate icorpari: ꝛ sic mãducare ꝛ bibere q̃ tñ sacraliter nihil percepit: ꝛ econuerso qz dato oppositio seq̃retur neminẽ esse in caritate nisi sacraliter cõicantez: qd ẽ erroneũ dicere. In ps. eodẽ cum postil. exponẽt hũc passum: Memoriã fecit mirabilium suoꝝ ꝛc. De figuris ꝛ miraculis i opere dei exhibitis ponens exemplũ de mãna i deserto ministrato: put hẽt tr Exo. xvi. hoc burgeñ. valde iconueniẽter dez putat. Primo obȝcit: qz alie figure h' sacramẽti preceserũt: sicut esus agni paschalis ꝛ oblatio melchisedech: q̃ tñ non pñt dici opa mirabilia. Ad qd rñderi põt q secus ẽ dicere de opibus diuinis ꝛ humanis in figura factis. Esus enim agni ꝛ oblatio melchisedech fuerũt figure hũano tñ opere: ꝛ iõ si illa opa fuerũt figuratiua non tñ mirabilia. Sed dare mãna de celo fuit opus diuinũ ꝛ mirabile: iõ sacȝ eucharistie institutũ põt ꝓgrue dici memoriale operũ dei mirabiliũ pfiguratiũ ipsã eucharistiã: int' q̃ exhibitio mãnatis fuit mirabil'. Et cũ scdo burg. obȝcit: figuratum ẽ prestantius figura: sicut rex dignior q̃ regis imago: valde aũt iconueniẽs vi q prestãtius ducat i cognitionẽ viliorꝛis: igitur figuratũ nõ deseruit ad memoriã figure. Ad hoc dico pmo q artis ẽ noticiã aliqñ p cedere a minus notis nobis: sz magis notis nãe: ꝛ sic p ceditur demõstratiue qñ pclusio scitur per pncipia: que ante actualẽ demonstrationem ẽ ignota ex pmo posteriorũ. Illa via pcessum est i angelis a cognitione matutina ad vespertinã: videlz a cognitiõe rerꝝ in diuina essentia relucentiũ ad cognitionẽ rerum i pprio genere. Res aũt cognoscibiles pstãtius eẽ hñt in essentia diuina: qz eminens: q̃ in pprio genere qz dependens: qd oñdere req̃rit aliũ tractatuz: sed sufficit q pncipiũ i q̃ fũdat burg. suum argumẽtũ nõ est gnãliter verꝝ. Secundo dico q oppositus pcessus sciẽdi puenit ex defectu itellectus cõiuncti: ꝛ iõ dr pcessus q̃ ad nos: sic. n. pcedimus a cõfusis ad determinata: sicq̃ accidẽtia magnã vim cõferũt ad cognoscendũ q quid ẽ. Scdm illũ modum pncipiũ burg. põt hẽre colorem. Sed ad ppositus dico q sicut .s. circa Exo. iij. c. dcm ẽ: figura aliqñ precedit figuratũ vt in pposito: aliqñ eȝ: sicut in signis prenosticis. Prio mõ figuratũ est rememoratiuum figure: pz hoc qñ xps eẽtauit super pullũ: dr q recordati sũt discipuli: qz hec scripta sũt de illo. Et qñ expulit vẽdentes ò tẽplo recordati sũt discipuli: quia scriptũ est: Zelus domus tue comedit me ꝛc. Ecce fẽm ducens i recordationẽ signi. Si militer ẽ in exẽplo burg. qz imago ẽ posterioꝝ rege ꝛ imperfectioꝝ: tñ facies regis ducit in cognitionẽ imaginis: in prenosticis aũt secus ẽ: put dcm est. s. sepius. Qz aũt burg. dicit illum passũ exponi debere de mirabilibus i passiõe xpi gestis: q̃rum mirabiliũ memoriam dicit eu charistie institutionẽ. Sz cũ memoria ppe sit pteritoꝝ: mirabilia aũt i passiõe xpi exhibita tpe institutiõis eucharistie ñ erãt ptita sz futa. Impropꝛe igit dicẽt psalmista hãc institutionẽ illoꝝ memoriam: dixisset potius illoꝝ preambulũ ꝛ significationẽ: puto bñ celebrationẽ ꝛ cõsecrationẽ eucharistie forꝛe memoriale passionis: et ad hoc tendũt argumẽta burg. ex illa lra: Hoc facite in meã cõmemorationem: sed institutio non ẽ memoria: p

Alleluia. .CXI.

Beatus vir qui timet dñm: in mãdatis eius volet nimis. Potens i terra erit semẽ eius: gnãtiõ rectoruz bñdicet. Gloria et diuitie i domo eius: et iusticia eius mãnet in seculuz seculi. Exortum ẽ in tenebris lumen rectis: misericors ꝛ miserator ꝛ iust'. Jocundus hõ q miseretur ꝛ commodat:

ut dcm est. Illud aũt qd burg. mouet circa illud: Initium sapie timor dñi ꝛc. non est ꝺ postil. bñ visũ. Psal. CXI.

Beatus vir qui timet ꝛc. Huic ps. premittitur pro titulo: Alleluia. cuius expositio ẽ dca. s. in aliqui b' tñ libris additur ipsi alleluia reuersiõis aggei ꝛ çacharie: sz hoc nõ ẽ i heb. nec in translatiõe hieronymi: ꝛ iõ vi esse additũ ab aliq̃ expositore p sua voluntate. Ad intellectũ aũt h' ps. sciẽduz q lz btitudo sit reddẽda p opib' virtuosis gnãliter: tñ p quãdam appropriationẽ dr reddda p opib' mie spãlit. vñ dic saluator mat. xxv. Uenite bñdicti pris mei possidete patũ vobis regnũ a pstitutione mũdi. esuriui. n. ꝛ ꝺdistis mihi mãducare: sitiui ꝛ ꝺdistis mihi bibere ꝛc. ꝛ pter hoc in hoc ps. dr reddenda felicitas p operibus mie. ꝛ pmo oñditur ppositum: ꝛ scdo de ĩmisericordibus oppositũ. ibi peccatoꝝ. Prima i duas: qz pmo oñditur ppositum de felicitate i via: scdo in patria: ibi In memoria eterna. Circa pmum sciendũ q felicitas q̃ põt hẽri in vita pñti pncipalr consistit in opibus bonis aie interioꝝ': scdario vero cõsistit seu accidẽtalr in bonis exteriorꝝ: put sunt ipsis virtuosis q̃dam instia virtutis: sm q dicit ambro. super lucam: Sicut diuitie ipedimenta sũt reprobis: ita pbis sunt adiumenta virtutis. ꝛ iõ psalmista in hac parte permixtim loqtur de istis ꝛ de illis. ꝺ a Beatus vir. s. in pñti in q̃ p bono virtutis hito in re hẽtur beatitudo futura in spe. b Qui timet dñm. timore filiali q̃ reformidat offensam: iõ sb̃ditur: c In mandatis ei' volet nimis. istud nimis non iportat vicium sed affectũ intensũ ad iplendum dñi preceptũ: ꝛ potissime i operibus mie. ꝛ qz inter oia bona exteriora bonũ plis ẽ pcipuum: iõ seqt: ꝺ Potens in terra erit semen eius. hoc freq̃nter videm' contingere q homines misericordes hñt filios potẽtes sibi succedentes: sicut salomon potentissimus successit dauid pio ꝛ misericordi. Et qz potentia tpalis non ẽ laudabilis nisi hẽat bonitatem moris annexã: iõ sb̃ditur: e Generatio rectorum benedicetur. quia bonum ei iprecabitur a populis propter bonũ virtutis. f Gloria. i. bona fama. g Et diuitie. i. tpalium abundãtia. h In domo eius. i. in familia timentis deum ꝛ opera mie facientis. i Et iusticia eius. i. meritũ sue iusticie. k Manet in seculum seculi. hoc ẽ diu in filȝs suis sibi succedẽtib': fz q dr Exo. xxxiij. Qui custodit miam in milia ꝛc. l Exortum ẽ in tenebris. re. corde. quia recte viuentes i pñti inter peccatores tãq̃ in tenebris illumĩnatur specialiter a deo lumine sue gratie: per quam inhabitat mentem: ꝛ pter hoc subdit: m Misericors ꝛc. q. d. illud lumen est ipse deus illuminans mẽtẽ: ꝛ per illuminationẽ creatam spãli modo inhabitat mentem: qui ẽ misericors quantũ ad habitum mie. n Et miserator. q̃tum ad actum: non ẽ per hoc intelligenduz q in deo sit aliqua distinctio habitus ꝛ actus sicut in nobis: sed perfectionem diuinam apprehendere non possumus prout est in se nec per cõsequens nominare: sed sicut est in nobis vbi habitus virtutis ꝛ actus realiter distinguũtur. o Et iustus. quia semper iusticia cum misericordia cõcurrit in diuinis operibus. In translatiõe vero. lxx. additur: dominꝰ. ad ostendendum q illud quod dicitur hic: Misericors et miserator ꝛ iustus. refertur ad ipsũ deum. p Jocundus homo qui miseretur. dãdo liberaliter non potentibus reddere. q Et cõmodat. gratis petẽtibus reddere. ille. n. qui sic operatur: ex hitu mie opaẽ iocunde: qz sm phm. ij. ethi.

signū hītus gnāti ē delectatio in opere. r Disponit ser. su. in iudicio. s. recte rationis: vt oīo caueat a temeritate locutiōis. s Quia i eternū nō cōmouebīt. s. a stabilitate vtutis. t In memoria. Hic ꝓnter agit de felicitate p' hanc vitā reddēda ꝓ opibus) mie cū dī: In memoria eterna erit iu. ꝛ accipit hic iustīcia ꝓut dī de virtute mie: Justicia eiz vno mō accipit ꝓ oi vtute. v Ab audi tiōe mala ñ timebit. quā audiēt imisericōdes i die iudicij: mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. seq̄t: Esuriui ꝛ nō dedistis mihi māducare. Sitiui ꝛ nō dedistis mihi bibere ꝛc. Sz bonā auditionez quā audient misericordes: Uenite bñdicti pīs mei ꝛc. sicut allegatum est. s. x Paratū cor eius spare in dño. non i re b' caducis ꝛ defectibilibus. y Cōfirmatum ē cor eiu). i bono p hitū virtutis ꝛ gr̄c: ꝑm q' dī ad he. xij. Bonū ē gr̄a stabilire cor. z Nō ꝓmouebīt. a stabilitate virtut' deo ipsū ꝓseruāte. ꝛ Donec ꝺ spiciat inimicos suos. i. sps malignos q̄ tūc ab hoie despiciunt quī de eis hz plenū triūphū: qꝺ est i morte qñ decedet i statu gr̄e. Et q: ꝑdca meret hō ꝓ opa mie: iō sb̄dit: a Dispsit. ppī amorē dei sine aliq̄ acceptatōe. b Dedit. liberal' absq; spe retributiōis ꝛrene. c Paupib'. xꝑm repñtātib': Mat. xxv. Qꝺ vni ex mīmis meis fecistis: mihi fecistis ꝛ nō adulatoribus seu histriōib': q̄bus multi dāt abūdāt ꝛ nihil paupibus. d Cornu ei'. i. potētia tpalis q̄ vsus ē ad bonū vtutis. e Exaltabīt i gl̄ia. s. celesti: vbi augmētabīt ei' potentia. f Pctōr. Hic ꝓñt oñdit q' imisericordibus reddet oppositū. s. dolor ꝛ tristīcia: qꝺ pōt exponi ꝺ ꝓñti vita sic: Pctōr videbit ꝛ irascet. q: ipi' vidēs ꝓspitatē iusti ꝓturbat ꝛ nō solū iterius sz ēt exteriori signo: iō seq̄tur: g Dētib' su. fre. ꝛ tab. q: mot' animi redundat ad cor ꝓ'. h Desideriū pctōr pibit. q: pctōres desiderāt pmanere i tpali ꝓspitate: ꝛ defic̄ eis i morte ꝛ aliq̄n valde repēte. Alio mō exponit de vita futura i q̄ ipī torq̄bunt nō solū de pēa sibi iflicta sz ēt de iusto ꝛ gl̄ia: q: lz ipsā non cognoscāt ītuitiue ꝛ pticularit': tñ cognoscūt abstractiue ꝛ gnālit' inq̄tuz i q̄daz gnāli sciūt eos ee in maxia delectatiōe: qꝺ facit ad augumētū sue miserie. In ps. cxi. Beat' vir ꝛc. Additio.

PSalmus iste sumit exordiū ex vltimo vsu ꝓceden tis. ibi. n. tractauit ps. ꝺ timore filiali cū dicit: Intellect' bon' oibus facientib' eum. vt. s. expositū ē. In hoc aūt declarat opa pia ad timentē deū tali timore ꝓtinētia: q̄rū ꝓncipale est diuinis mādatis obediri cū ꝓmptitudine volūtatis: de q̄ dicit: In mādatis eius volet nimis. i. vehemēter ꝛ pōpte. ad timentē dñz tali timori ptinet ēt opa facere exēplaria: q̄bus vidētes ad silia ꝓuocentur: ꝛ de hoc dicit: Potēs i terra erit semē ei'. qꝺ itelligi oz de semie spūali qꝺ i ira bōa potēs ē multū fructū afferre. Sz cū dī: Gnātio rectoꝝ bñdicet. non ē itelligendū de gnātiōe carnali: cū multi timētes deum tali ple carēt: sz potius itelligendū ē de gnātione ꝑm imitationē opez: iuxta illud ioh. viij. c. Si filij abrae estis ꝛc. exponāt ꝓut i postil. ꝛc. CXII.

LAudate pueri dñm ꝛc. Huic ps. ꝓmittitur ꝓti. Alleluia. q: in eo ps. inducit ad laudez dei ex ꝓsideratione sue excellētis ꝓuidentie: q: abiectos ꝛ depssos iniuste aliq̄n sbleuat ad statuz magni honoris ꝛ gl̄ie: q: ioseph subito eleuauit de carcere ad hoc q' esset ꝓpositus egypti ꝛ secūdus a rege: Gen. xli. Et ꝑz hoc ps. iste in duas ptes diuidit: q: ꝓmo psalmista ad laudē dei inducit: secūdo ad h' rōem adducēndū: ibi Excelsus. Circa ꝓmuz dī: a Laudate pueri dñm. nō accipiūtur hic pueri rōne etatis discretione carentes sz accipiūtur hic pueri ꝓ subiect' ꝛ mīstris sic̄ dixit a chimelech ad dauid ꝺ viris q̄ erāt cū eo. j. Reg. xxi. Si mūdi sūt pueri maxime a mulieribus māducēt ꝛc. ꝛ hoc mō loq̄tur frequēter scriptura: Oēs aūt sunt deo sbiecti ꝛ eius seruitio ꝛ laudibus obligati. b Sit nomen dñi bñdictum. i. sicut ē in se ipso bñdictum: sic bñdicatur a subditis nō bñdictione ꝓsecrationis q̄ fit tm̄ a maiori sed bñdictione laudis q̄ ipenditur a minori. c Ex hoc nunc ꝛ vsq; in seculū. i. ꝑm extensionē oīs durationis. d A solis ortu vsq; ad occasū. i. ꝑm oēm extēsionez distātie localis. e Excelsus. Hic ꝓnter psalmista iducit rōem ad ꝓpositum q̄ accipitur ex excellētia sue ꝓuidentie: ex q̄ merito oz laudari: iō dī: Excelsus super oēs gētes dñs. q̄ tūcunq; sint magne ꝛ diuerse. f Et sup celos. i. sup angelos qui sūt ciues celestes. g Gl̄ia eius. q: de oibus hoibus et angelis ad suaz gl̄iam ordinat ꝛ disponit: iō subditur: h Quis sicut dñs deus nr̄. q. d. nullus. i Qui in altis hītat. per sue gl̄ie refulgentiā. k Et humilia respicit. per suā ꝓuidentiā. l In celo. q: supbientes angelos ide deiecit: ꝛ humilr̄ sibi adherētes i gl̄ia cōfirmauit. m Et i terra. q: in ꝓma etate rebellātes hoies i diluuio sb̄mersit: ꝛ humilē noe cum sua familia saluauit: ꝛ q: sile sit freq̄nter i pticularib' personis: iō sb̄dit: n Suscitās a tra iopē ꝛ ꝺ stercore. i. ꝺ loco vili ꝛ fetido o Erigēs pauperē. h' patuit i manasse rege iuda q̄ ꝓpter supbiā ꝺ regno suo fuit deiectus a deo ꝛ ab inimicis suis in carcere fetido reclusus: ꝛ fame afflict': ꝛ ꝓpter hūilitatē suā inde a deo fuit relevat': ꝛ in regnū restitutus. ij. pal. xxxiij. iō subdit: p Ut collocet eū cū ꝓncipibus. tanq̄ eis ꝓsidens: ppī qꝺ subdit: q Luz ꝓncipibus ꝓpli sui. pōt aūt hoc referri ad exaltationem hūiliū in gl̄ia celesti: i q̄ collocant hūiles cū āgelis q̄ dicūtur in scriptura ꝓncipes: ꝛ distinguunt ꝓ tres hierarchias: hierarchia aūt idē ē qꝺ sacer ꝓncipatus: ꝛ q: dca exaltatio nō solū fit in sexu virili sed ēt muliebri: iō sb̄ditur: r Qui ha. fa. steri. i domo. dans ei fecunditatē per quam ē honorabilis i domo mariti i q̄ ꝓus erat cōtemptibilis ꝛ abiecta ꝓpter sterilitatem: iō sb̄ditur: s Matrē filioꝝ letantē. exemplū hētur. j. Regū. j. de

Dispōnit sermōes suos i iudicio: qā in eternū nō cōmouebīt. In memoria eterna erit iustus: ab auditiōe mala nō timebit. Pāratū cor eius spare i dño: cōfirmatū ē cor eius: nōn cōmouebīt donec despiciat inimicos suos. Dispērsit dedit pauperib': iustīcia eius manet i seculū seculi: cornu ei' exaltabīt i gl̄ia. Peccator videbit ꝛ irascet: dentib' suis fremet ꝛ tabescet: desideriū pctōrum peribīt.

Alleluia. CXII.

LAūdate pueri dñm: laudate nomen dñi. Sit nomē dñi bñdictuz: ex hoc nūc ꝛ vsq; in seclz. A solis ortu vsq; ad occasū laudabile nomē dñi. Excelsus super oēs gētes dñs: et super celos gl̄ia ei'. Quis sic dñs deus nr̄ qui i altis hītat: et humilia respicit i celo et i tra. Suscitās a terra inopē: ꝛ ꝺ stercore erigēs pauperem. Ut collocet eū cuz ꝓncipibus: cuz ꝓncipibus ꝓpli sui. Qui hītare facit sterilez in domo: matrē filioꝝ letantē.

anna q̄ ꝓpter sterilitatē ꝓtēnebat in domo helchane a fenēna: ⁊ ꝓcessa sibi a deo fecūditate ꝑlis fuit honorabilis ⁊ letabūda: vñ fecit canticū illud: Exultauit cor meum i dño ⁊c. j. Regū. ij. Allegorice exponit ps. iste de abiectione ꝑpli iudaici ꝓpter icredulitatē ⁊ exaltatiōez ꝑpli gētilis i bonis gē: eo q̄ deuote recepit fidē catholicam: ⁊ sic synagoga fca ē sterilis ⁊ abiecta: ⁊ ecclia in fide gentiū fca est fertilis ⁊ letabūda: ⁊ hoc mō loq̄t apls gal. iiij. inducēs illud Esa. liiij. Letare sterilis q̄ nō paris: erūpe ⁊ clama q̄ non parturis: qr multi filij deserte magis q̄ eius que hz virū. Et vocat gentilitatē sterilez ⁊ desertā: qr multo tpe fuit deserta a deo ꝓpter pctm̄ idolatrie: ⁊ sterilis i ꝓle ad dei cultū educate: ⁊ ibidē p̄mittit apls: Scriptum ē qm̄ abraā duos filios hūit: vnuz de ancilla ⁊ vnum de libera. ⁊ seqūtur: Hec sūt per allegoriam dca: hec. n. sūt duo testā ⁊c. hanc aūt expositionem nō ꝑsequor: qr diffuse tractata ē ab alijs i plurib⁹ locis.

¶ In ps. cxij. Laudate pueri. Additio. Ste ps. cum q̄nq̄ sequntib⁹ vsq̄ ad ps. Beati ymaculati excluſiue vocat ab hebreis alleluia magnū. i. hymnus magnus: de q̄ singularē faciūt solēnitatē: nā in tribus p̄cipuis festis ⁊ in neomenijs stātes istū hymnuz cū maiori cātant solēnitate q̄ ceteros ps. totius psalterij. Insup i nocte pasche qñ agnus paschalis comedebat: p⁹ eius comestionē recūbentes ad mēsaz ipsū hymnum solēniter dicebāt. vñ de hoc hymno ex istis sex psalmis cōpositō intelligi oz illud qō imminente passiōe: mat. xxvi. c. legit Hymno dcō ⁊c. eo q̄ xps p⁹ agni paschalis comestionē h⁹ modi ritū ꝓsuetum suas hymnū predēm cum apls recitauit: q̄ ēt hebrei hodie agno paschali carētes i illa nocte. s. pasche istū hymnū cum azimis solēniter put p̄nt cantāt: in q̄ vident ꝓphetiçare nesciētes: sic legit ō caypha ioh. xi. c. Nā ipsi solū attendūt ad hoc q̄ in hoc hymno fit mētio de redēptione egyptiaca: cuius memoriā i paschate celebrant. Sed amplius cōsideranti in hoc hymno ꝓtinētur nō modica mysteria ecclie vlis spūaliter a deo redēpte incipiētis ab abel iusto vsq̄ nūc: iter q̄ fit mētio de redēptiōe egyptiaca suo loco: vt j. patebit. vñ in hoc hymno ps. sex p̄ncipalit facit. Nā in primo ps. ponit quandā p̄fatiōez gnālem ad diuinam laudē pertinētez: in q̄ de exordio ecclesie militātis ante legē ⁊ eius ꝓgressū vsq̄ ad aduētū xp̄i p quem gīa fca est p̄mittit. In scdo. s. In exitu israel ⁊c. de statu ecclie sub lege agit. In tertio ps. s. Dilexi qm̄ ⁊c. agit de statu ecclie in ipso exordio redēptionis añ ip sius publicationē. In quarto vero. s. Credidi ꝓpter ⁊c. agit de statu p̄mitiue ecclie publicate. In quinto. s. Laudate dñm. agit de statu ecclie ex duabus gētibus iā vnite. In sexto vero ps. s. Cōfitemini ⁊c. agit de statu ecclie non solum dilatate ⁊ vnite sed ēt florente ⁊ prevalescente put latius patebit in expositiōe hoz ps. in singulari. In hoc igitur p̄mo ps. p̄fationali h⁹ hymni ps. vij. fac q̄ sunt notabilia ad dei laudē ptinentia. Primo. n. odit quis ē laudādus. s. deus trinus ⁊ vnus: qō sic pz: nā i p̄ncipio h⁹ ps. ter iuitat ad laudē dei: primo. s. cū p̄mittitur alleluia: qō idem ē qō laudate deū: scdo iuitat ad laudem dei cū dicit: Laudate pueri do. Tertio cuz dic: Laudate nomen dñi. que q̄dem trina iuitatio ad laudē dei in eodem versu seu cōtextu singularit est in hoc ps. vt pz discurrenti per alios: ⁊ sic satis innuitur trinitas eius q̄ laudatur eo mō ⁊ forte clariori q̄ i illo vbo psalmi: Bñdicat nos deus deus nr̄ bñdicat nos deus. ⁊ in similib⁹ solet cōiter exponi. vnitas aūt eius q̄ laudat odit in hoc q̄ non deos dicit laudandos sz deū. similiter nec dixit: Laudate noia dñi sz nomē eo mō q̄ dz Mat. vl. c. In nomine p̄is ⁊ filij ⁊ spūssancti. Scdo odit ēt a quibus oz laudari: qr a pueris. s. animi puritate viuentes. Tertio oditur ēt q̄ diu est laudādus. s. in hac vita ⁊ i futura: ⁊ hoc cum dicit: Sit nomen dñi bñdictum: ex hoc nunc ⁊ vsq̄ in seculū. Quarto oditur ēt vbi ē laudādus. s. vbiq̄: ⁊ hoc cum dicit: A solis ortu vsq̄ ad occasum. Quito oditur etiaz qō est laudandus. s. super oēm laudez cuiuscunq̄ creature terrestris ⁊ celestis: ⁊ h⁹ cum dicit: Excelsus super oēs gētes dns ⁊ ⁊ super celos glia ei⁹. Sexto oditur q̄daz mā p̄ncipalis ad dei laudem in hoc hymno p̄ncipaliter ꝓsideranda. s. diuina pudentia circa regimē creature rōnalis: ⁊ hoc cū dicit: Quis sicut dns deus nr̄ qui i altis hitat ⁊ humilia respicit. s. gen⁹ humanū qō in pte ifima vniuersi cōmorat. Septimo oditur q̄dam effectus h⁹ modi diuine ꝓuidētie: q̄ ecclia fideli uz sumit exordium. s. suscitare hoiem a terrenis ⁊ fetoribus pctōrū ⁊ euz erigere ad statū gīe ⁊ glie: qō est maximū op⁹: iuxta illud: Miserationes eius sup oia opera eius. vñ aug. super ioh. dicit q̄ maius opus ē: q̄ ex ipio fiat iustus q̄ creare celū ⁊ terrā: ⁊ de hoc dicit: Suscitās a terra. i. a terreni tate. Inopem. in virtutibus. Et de stercore. i. de fetore pctō rū. Erigēs pauperē vt collocet eū cum p̄ncipib⁹. i. cum āgelis. Cū p̄ncipibus ꝑli sui. i. cū p̄liarchis ⁊ ꝓphis: ⁊ in hoc innuit statū ecclie ante legem in q̄ nundū erat alicui ꝑls diuino cultui mācipatus sed q̄si singlariter sumebātur singuli iusti in diuersis ptibus ad societatē sāctoz. Octauo oditur q̄ ex tali suscitatione inopū ⁊ paupez ⁊ collocatiōe eoz i celestibus fecūdata est ecclia in ꝓgressu tpis: ⁊ sic q̄ ꝑ us fuerat sterilis mō multos hz filios: iuxta illud gal. iiij. c. ⁊ Esa. liiij. Letare sterilis ⁊c. ⁊ de hoc dicit: Qui hitare facit sterilem i domo matrē filioz letantē. ⁊ in hoc cōtinuat se dicendis in ceteris psalmis h⁹ hymni vt videbitur. vnde p̄s. iste vī ꝓprie eē p̄fatio in h⁹ mōi laude diuia. Replica.

¶ In ps. Laudate pueri oñm. vt dicit burgē. incipit hebreoz hymnus: ⁊ ptinuatur vsq̄ ad Beati immaculati excluſiue. hūc hymnū ꝓsueuerunt cum multa solēnitate dicere p⁹ esū agni paschalis. vñ opinatur burg. q̄ illud Mat. xxvi. Et hymno dcō exierūt in mōtez oliuaz. debeat intelligi de isto hymno: q̄ si ita est non iudico nec suam singularē expositionē reprobo. ps. CXIII.

¶ In exitu israel de egypto. huic ps. in transla. hiero. p̄mittitur alleluia ꝓ ti. tñ in heb. est finis ps. p̄cedentis. In hoc aūt ps. inducit ps. ad dei laudem ex ꝓsideratione bñficij ꝑli israel exhibiti in exitu ō egypto: ⁊ ꝓmo illud bñficium recolit: scdo ex hoc dei laus ꝓcludit: ibi Non nobis. Circa primū recoluntur plura mirabilia a deo fca in exitu de egypto non tñ ꝑm ordinem histozie alij narrando: p⁹ q̄ tñ fuerūt ꝓus fca sicut frequēter fit i scriptura ⁊ maxime metrice cōpositā qlis ē ista. dicit igit: a In exitu israel ō egypto. q̄ hētur Exo. xiij. b Domus iacob. qr totus ꝑls israel descendit de iacob q̄ alio noie dcs ē israel: Gen. xxxij. c De ꝑlo barbaro. oēs ꝑli dicūtur barbari exceptis hebreis grecis ⁊ latinis: qr alia idiomata dicunt barbara. d Fca ē iudea scificatio eius. qr in iudea vigu it cultus diuinus ⁊ scia legis ⁊ ꝓpharum. e Israel potestas eius. sicut exercitus regis dr eius ptās: qr deus ꝑ filios israel tanḡ per exercitū suum eiecit chananeos de terra illa: vt hētur i libro iosue: ⁊ sic israel dr ptās dei inq̄tū per ptātez a deo sibi ꝓcessā eiecit gentē illam: ⁊ ꝑm hoc lra ista fca est iudea ⁊c. respicit terminuz exitus de egypto. In heb. aūt et transla. hiero. sic hētur: Facta est iudas ⁊c. ⁊ ꝑm hoc respicit

principium exitus de egypto: qz tribus iuda ꝑma intrauit mare rubꝝ sequẽs moysen alijs formidãtibus ⁊ tardãtib': ⁊ sic fca ẽ dei sanctificatio inḡtũ fm istud declarauit dei sanctitatẽ: in cuius ꝓfidentia tribus iuda ꝓstãter secuta ẽ moysen. Isrl ptãs eius. qz ꝑ israele pugnauit ꝯ egyptios: Exo. xiiij. ⁊ dixerũt egyptij: fugiamus israelẽ: dns .n. pugnat ꝑ eis ꝓ tranos. f Mare vidit ⁊ fugit. qz se in ptes diuisit retrahẽdo se a medio ad ꝓceptũ dñi ac si hẽret sensuz ⁊ intellectũ: qz creata obedit creatoꝛi ad nutum. g Jordanis ꝓuersus est retroꝛsũ. hoc fuit in exitu ꝺ deserto: vt hẽtur Josue iij. qz aq̃ iordanis exoꝛigine sua descẽdentes steterunt ⁊ eleuate fuerunt ad modũ collis: ⁊ sic i pte reuertebãtur versus locum oꝛiginis: sic aq̃ flumis iueniens obstaculum resultat versus oꝛigis locũ. h Montes exultauerunt vt arietes ꝛc. i. cãm exultationis dederũt filijs israel: qz in transitu fluuij arnon scopuli ex vna parte inclinati sũt vsq; ad ripã oppositam flumis: ⁊ sic ꝓbuerũt trãsitũ filijs isrl: ⁊ insidias ibi latẽtes ꝯ filios isrl: sicut dcm fuit Nume. xxi. vbi scribit sic: Sicut fecit in mari rubꝝ: sic faciet i torrẽtibus arnon: scopuli torrentiũ inclinati sũt ꝛc. ⁊ sic dicũtur ẽt in se exultasse metaphoꝛice: sicut ⁊ ꝺ mari rubꝝ dcm ẽ: Mare vi. ⁊ fu. qz ad modũ cognoscentis iter siccũ filijs isrl ꝓbuit: ⁊ similr scopuli dco mõ inclinati videbantur applaudere aduẽtui filioꝝ israel ⁊ transitui. i Quid ẽ tibi mare q fugisti ꝛc. ꝙsi diceret: vñ venerunt ista mirabilia in mari rubꝝ ⁊ iordane ⁊ collib': ut dcm ẽ: ⁊ rñdet: k A facie dñi mota est tra. ꝙsi diceret: a diuina volũtate ꝓcesserũt ista cui obediunt ẽt insensibilia: qz sicut ad dei nutũ mota ẽ tra qñ absoꝛbuit dathan ⁊ abiron: ita aq̃ ⁊ colles i prędcis ⁊ cõsimilibus alijs. vñ ⁊ sbditur aliud mirabile fcm qꝺ fuit i deserto cũ dꝛ: l Qui ꝙuertit petram i stagna aq̃rum. dando abũdantiã aq̃ de petra: Exodi. xvij. m Et rupẽ i fõtes aq̃rũ. Nume. xx. vbi dꝛ: Lũq; moyses eleuasset manũ ꝓcutiens virga bis silicẽ egresse sunt aq̃ largissime ꝛc. n Non nobis. hic ex prędcis miraculis diuinus honoꝛ ꝓcludit: ⁊ ꝓmo oñdit q sit honoꝛãdus: scꝺo a q̃bus: ibi Non mortui laudabũt te. Prima i duas: qz primo dei glia ex dcis ꝓcludit: scꝺo idolatria excludit: ibi Simulacra gẽtiũ. Circa ꝑmũ dicit psalmista: n Nõ nobis. ꝺ. attribuat glia de prędcis mirabilib' ⁊ cõsilibus. o Sed nõi tuo. qz in talib' tota rõ facti ẽ potentia facientis: fm q dicit aug. p Sup mia tua ⁊ vitate tua. talia. n. fca sunt a deo ꝓpło israel ad declarationẽ diuine veritatis q̃ ipleuit ꝑ missiões fcas ꝑib'. s. abrae isaac ⁊ iacob: ⁊ similr ad declarationẽ diuine mie: qz q̃uis ꝓpło israel ipsuz freqnter ꝓuocaret ad ira ut i adoratione vituli ⁊ alijs malis q̃ fecit i deserto: tñ adimpleuit ꝓmissũ ꝑibus fcm i hoc declarãs mie sue effectũ. q Nequãdo dicãt gẽtes. i. gẽtiles idola colẽtes. r Ubi est deus eoꝝ. s. hebreoꝝ. si. n. non adimplesset ꝓmissa eis fca videretur gẽtilibus q ꝺ fecisset virtus sua: et qz tot mirabilia fecit ꝑ eis poterãt libere dicere gentilibus: s Deus aũt nr̃ i celo. qz ibi magis relucet sua ptãs: verũtñ qz se extẽdit ad oia iferioꝛa: qꝺ ꝑz ꝑ eius miracula fca in mari ⁊ in tra: ut ꝓmissũ est: ió sbditur

Mare vidit et fugit iordanis cõuersus ẽ retroꝛsum. Montes exultauerunt vt arietes: ⁊ colles sicut agni ouiuz. Quid ẽ tibi mare q fugisti: ⁊ tu iordanis qz cõuersus es retroꝛsũ. Montes exultastis vt arietes: ⁊ colles sic agni ouium. A facie dñi mota est tra: a facie dei iacob. Qui ꝙuertit petraz i stagna aq̃ruz: et rupẽ in fõtes aq̃rũ. Non nobis dñe ñ nob: sz nõi tuo da gliaz. Sup mia tua ⁊ vitate tua: nequã dicãt gẽtes vbi est deus eoruz. Deus aũt nr̃ i celo: oia q̃cunq; voluit fecit. Simulacra gẽtiuz argẽtuz ⁊ auꝝ: opa manuũ hoiuz. Os hãbẽt ⁊ nõ loqnt̃: oculos hñt ⁊ nõ videbũt. Aures hñt et non audient: nares hñt ⁊ non odoꝛabunt. Manus hñt ⁊ non palpabunt: pedes hñt ⁊ non ambulabunt: non clamabũt i gutte suo. Siles illis fiãt q faciunt ea: et oẽs q ꝓfidunt i eis. Domus isrl spauit in dño: adiutoꝛ eoꝝ ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ est. Domꝰ aaron spauit in dño: adiutoꝛ eoꝝ et ꝓtectoꝛ eoruz est. Qui timent dominum speraverunt in dño: adiutoꝛ eoruz ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ est. Dñs memoꝛ fuit nostri: Oia q̃cunq; voluit fecit. t Simulacra. hic ꝓter excludit idolatria cuius ꝓmo oñditur veritas: ⁊ scꝺo latrie vtilitas: ibi Domus isrl. Primũ oñditur ꝑ hoc q idola fca sunt de sensibili mã artificiali: ⁊ hoc est qꝺ dicitur: Simulacra gentium argẽtũ ⁊ aurũ. qz mã artificialiũ ẽ tota substãtia eoꝝ fz phz. ij. physicoꝝ v Opera manuũ hoium. per sculpturã sic sũt lignea ⁊ lapidea: vel ꝑ fusurã sicut metallica. x Os hñt ꝛc. ostendit euidẽter q careãt vita per carentiã affatus visus auditus olfactus tactus ⁊ gressus: q̃bus vita manifestatur i hoibus ⁊ aialibus: ⁊ ꝑz lra vsq; ibi: y Similes illis fiãt qui faciũt ea. s. artifices quia carẽt vita spũali sicut illa sensibili. z Et oẽs qui confidũt in eis. s. idoloꝝ cultoꝛes: quia cõfidunt in nihilum: sicut ⁊ idolum nihil ẽ. j. Loꝛ. viij. a Domus isrl. hic ꝓter oñditur latrie vtilitas: ⁊ ꝓmo in euasiõe mali: secũdo in adeptione boni: ibi Dñs memoꝛ. primum ꝑz ꝑ hoc q colentes dñm protegũtur ab eo in periculis: ⁊ hoc ẽ qꝺ dꝛ: a Domus isrl speravit in dño. ipsum deuote colendo. b Adiutoꝛ et ꝓtectoꝛ eoꝝ est. sicut ꝑz ꝯ pharaonez ⁊ eius exercitũ: Exo. xiiij. ⁊ ꝯ reges chananeoꝛum: vt ꝑz in libꝝ ioſue. c Domus aaron ꝛc. lz domus aaron ꝓtineretur i domo isrl: sicut pars in toto: tñ de ea fit spalis mentio: qz ad eam pertinebat sacerdotium quod ẽ latrie officiuz: ꝺ Adiutoꝛ ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ ẽ. sicut patet i deuoꝛatione choꝛe a terra: eo q volebat sibi ⁊ suis vsurpare sacerdotiũ ꝯ aaron ⁊ filios eius: Nume. xvi. e Qui timẽt dñm spauerũt in dño. dicit Ra. sa. q hoc dꝛ ꝓpter ꝓuersos de gẽtilitate ad iudaismũ q̃ non erant de filijs isrl: ⁊ tñ deus erat adiutoꝛ eoꝝ sil cuz filijs isrl: qz multi de talibus ascẽderunt cũ eis de egypto: vt hẽt Exo. xij. põt ẽt hoc exponi de gẽtilib' deũ colẽtibus q̃lis fuit sanctus iob ⁊ multi alij. f Dñs memoꝛ fuit nr̃i. hic ꝓter oñditur vtilitas latrie in ꝓsecutione boni tpalis ⁊ spũal: ⁊ hoc ẽ qꝺ dꝛ: Dñs memoꝛ fuit nr̃i. lz obliuio non cadat in deo nec ꝑ ꝓns recoꝛdatio ꝓprie dca: tñ fm cõem modũ loqndi hoium dꝛ recoꝛdari aliq̃ rũ qñ facit eis bonum: ió sbdit: g Et bñdixit nobis. multiplicãdo in spũalibus ⁊ tpalib' bonis: qꝺ declarat ꝓnt in toto ꝓpło israel cũ dꝛ: Bñdixit domui isrl. scꝺo spalit i tribu sacerdotali dicẽs: Bñdixit domui aaron. tertio gnãliter in oibus deum colentibus siue sint cõuersi ad

iudaismū siue gētiles recte viuētes: q̄bus psalmista im precat bonoꝝ augmēta. o. b Adijciat dñs. iterum alia bona ꝓferendo. i Bñdicti vos a dño. q̄ ꝓsecuti onē gr̄e in pñti ⁊ glie in futuro. k Qui fecit celuz et terrā. ꝓpter qō pōt oare suā bñdictionē gr̄e i pñti vita: q̄ per terraz deſignat: ⁊ glie i futuro q̄ p celuz signi ficat: qō adhuc amplius ōclarat dicēs: l Celuz celi dño. q̄a ibi magl relucet glia sua in angelis sā ctis. m Terram aūt dedit filijs hoium. i. habitatiōi eoꝝ ꝓ vita pñti: in q̄ si debite viuāt ⁊ de um colāt assumē tur ad hitationē celestem cū angelis: ꝛz q̄ dī mat. xxij. In resurrectione erūt sicut angeli dei in celo. n Non moꝛtui. supra oñdit q̄ deus est colēdus: hic ꝓñter oñdit a q̄bus: ⁊ loq̄tur de cultu meritorio. o. Nō moꝛtui laudabūt te dñe. q̄ sūt extra statū merendi: q̄ ꝑm damascenū: Qō est hoibus moꝛs: hoc est angelis casus. o Neq̄ oēs qui descēdunt in infernū. q̄ si accipiat ꝓ inferno dānatoꝝ ibi nō ē dei laus ꝛz magis blasphemia: si aūt de lymbo patrū vel puerorū i originali decedentiū iā sūt extra meriti statū. p Sz nos q̄ viuimus. in vita pñti. q Bñdicimus dño. me rit̄orie: q̄ status meriti durat vsq̄ ad moꝛtē: ꝓpter qō in ipso laudat deus meritorie. r Ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in seculū. i. vsq̄ ad finē pñtis seculi: q̄ tunc deficiet tps meriti: ꝑmanebit tñ laus sctoꝝ in patria: ꝑs. lxxxiij. Beati q̄ hitant i domo tua dñe i secula seculoꝝ laudabūt te. In hoc ꝑs. moꝛalit itellecto iuitatur q̄libet peccatoꝛ miam ꝓsecutus ad dei laudē ꝑ bñficio exitus de peccato qō ꝑ egyptum deſignat: eo q̄ egyptus tenebꝛa interp̄tat cuius iudea fit sactificatio: eo q̄ iterp̄tat ꝓfessio: tūc fugit mare. i. amaritudo culpe. Jozdānis: q̄ iterp̄tat riu' iudicij. Retroꝛsū ꝓuertet. s. a iudicio cōdēnationis ad iudiciū saluatiōis. Terra mouet a facie dñi: q̄ hō dict' ab humo mouet motu bone opationis. De petra. i. coꝛ de ꝓpus duro fluūt aq̄ deuotiōis: idolatria abjcitur: q̄a auaricia q̄ est idoloꝝ seruit': eph. v. c. per liberalitatem ejcit. ⁊ deus fide spe ⁊ charitate colit: ⁊ sic ab hoie viui ficato per gr̄am bñdicit. In ꝑs. cxiij. In exitu isr̄l de egypto.

Additio.

QUia i ꝑmo ꝑs. h' hymni ꝑdco ꝑs. inuitauerat ad dei laudē cū suis debitis circūstātijs includēs statum ecclie ante legē. s. anteq̄ aliq̄s ppls esset cultui diuino mācipatus: in hoc aūt ꝑs. agit de statu ecclie sb̄ lege: circa q̄ō sex facit. Nam ꝑmo oñdit vñ sumit initiū: vt ppls isr̄l segregaret ad cultū diuinū: ⁊ de hoc dic: In exitu isr̄l de egypto ⁊c. Scōo oñdit quo h' mōi ppls fuit a deo sactificatus ꝑ dationē legis: ꝑ quā spāli' fuit sb̄ eius regimine ⁊ ptāte: de q̄ dicit: Fca ē iudea sanctificatio eius: Exo. n. xix. c. legit deum dixisse pplo ante legis dationē: Vos vidistis q̄ fecerim egyptijs ⁊c. s. in exitu isr̄l. Si g̃ audieritis vocē meam ⁊c: Eritis mihi i regnuz sacerdotale ⁊ gens sācta. ⁊ sic fca est iudea sanctificatio eius ⁊c. Lōseq̄nter tertio oñdit quō illi pplo sic deo mācipato fuerunt magna miracula diuinitus fca: et bñdixit nobis. Bñdixit domui isr̄l: bñdixit domui aaron. Bñdixit oibus q̄ timent dñz: pusillis cū maioribus. Adjciat dñs super vos: super vos ⁊ sup filios vestros. Benedicti vos a dño: q̄ fecit celū ⁊ trā. Celum celi dño: terraz aūt dedit filijs hoium. Non moꝛtui laudabunt te dñe: neq̄ omnes qui descēdūt i infernum. Sed nos qui viuim⁹ benedicimus domino: ex hoc nūc et vsq̄ in seculū.

Alleluia. CXIIII.

DIlexi: q̄m exaudiet dñs vocē oꝛōis mee. Quia iclinauit aurē suaz mihi: ⁊ i dieb⁹ meis iuocabo. Circūdederūt me doloꝛes moꝛtis: et pricula inferni de q̄ dicit: Mare vidit ⁊ fugit ⁊c. vsq̄ ibi: in stagna aq̄ruz. ⁊ exponat vt in postilla. Lonseq̄nter q̄rto oñdit q̄ oia h' modi miracula attribuenda sūt diuine glie ⁊ idolatrie detestationem: q̄ q̄dem idolatria ꝓmo fuit exhibita in scōo p cepto decalogi: ⁊ ꝓnter i toto ꝓcessu legis mosaice multipliciꝰ detestata: ⁊ de hoc dicit: Non nobis domine ⁊c. Simulacra gētiū ⁊c. vsq̄ ibi: Et oēs qui ꝓfidunt i eis. ⁊ exponat sicut in postilla. Lōseq̄nter q̄nto cōmēdat ppl̄z deo mancipatuz ⁊ per suos ordines distinctū eos multipl̄r bñdicēdo: de q̄ dicit: Dom⁹ isr̄l spauit in dño ⁊c. vsq̄ ibi Qui fecit celum ⁊ terrā. exponat ꝓut in postilla. Lō seq̄nt̄ sexto inuit quēdam defectū h' status .s. exñtium sb̄ lege mosaica. Pro q̄ sciendū q̄ in lege mosaica non fuit ꝓmissum regnū celoꝝ in ꝓmiū sed tm̄ terrena. In lege aūt gr̄e hoc fuit expresse ore xp̄i ꝓmissū: mat. v. Beati pauperes spu: q̄m ipsoꝝ ē regnum celoꝝ. ⁊ sic in alijs seq̄ntibus. vnde psalmista inuens istū defectum dicit: Celū celi dño. q. d. regnum celoꝝ deo tm̄ remanet: nō est. n. hōibus ꝓmissuz: q̄ in lege mosaica terrā tm̄ dedit filijs hoiuz sed nō celū. Ex q̄ seq̄tur q̄ illi q̄ sb̄ lege mosaica decesserūt q̄tūcunq̄ iusti nō laudabant dñm ꝑ adeptionem glie neq̄ meritorie: cū i alia vita cesset status meredi: ⁊ de h' dic: Nō moꝛtui laudabūt te dñe. s. in illa lege p' hāc vitaz: ⁊ multo minus ꝓdēnati in ifernū: de q̄ dicit: Neq̄ oēs qui descēdūt in infernū. q̄ tñ in illa lege viatoꝛes iusti in hac vita exñtes meritorie deū laudabūt: iccirco dicit: Sed nos q̄ viuimus bñdicim⁹ dño. ⁊ q̄ hoꝝ meritum extēdebat vsq̄ in einam vitam post redemptionem a xp̄o fcam: ideo dicit: Ex hoc nunc ⁊ vsq̄ in seculum.

Psal. CXIIII.

DIlexi. Huic ꝑs. ꝓponit ꝑ. titulo: Alleluia. in trāslatiōe hiero. tñ in heb. ponitur in fine precedentis psalmi. Scōm aūt hebꝛeos alioq̄s doctoꝛes cōit dauid fecit hunc psalmum ꝓ liberatiōe sua a periculis in persecutione saulis: de qua materia fecit plures psalmos: vt patuit per predicta. Et diuiditur i duas partes: quia ꝓmo cōfitetur suam liberationē: secūdo mouetur ad gratiarum actionē: ibi Conuertere. Circa ꝓmū sciendū q̄ psalmista aliquādo mutat modū loquendi de futuro ad preteritum vel ecōuerso: ꝛz sit locutio de eodem facto: quia hic modus frequens ē in prophetijs ⁊ maxime in cōticis metrice scriptis qualis est iste psalmus ⁊ alij psalmi: dicit igitur: a Dilexi. s. dñm. b Qm̄ exaudiet dñs ⁊c. licet eniz deus sit ꝓpter se diligendus ⁊ super omnia: tamen quando alicui cōdescendit prebet ei occasionem magis diligendi ipsum. c Quia inclinauit aurem suaz mihi. loquitur de deo more humano qui iclinat aurem ad petitionez quam vult exaudire: ⁊ ideo auris iclinatio in deo nō est aliud q̄ exauditio. d Circundederūt me doloꝛes moꝛtis. s. immi nētis quando saul fecit custodiri domum ipsius dauid: vt mane moꝛeretur. j. Reg. xix. ⁊ quando saul ⁊ eius exercitus cingebāt dauid in modū coꝛone ita q̄ dauid desperabat se posse euadere: primo regum. xxiij. e Et pericula inferni inuenerunt me. in hebꝛeo ꝓ iferno ponitur scol: quod nō solum signat infernum: sed etiam signat fossam siue sepulturam: et sic accipitur hic: eo q̄ sequitur ad moꝛtem.

f Tribulationem.in corpe. g Et dolorem.in mente. h Inueni.in psecutiõe saulis iuste me psequẽtis. i Et nomẽ dñi iuocaui.freqnter.n.dauid rogauit,p liberatione a saulis psecutione. k O dñe libera aiam meã.i.vitam meã. l Misericors dñs z iustus.q̃si diceret:decẽs est vt a te ꝓseq̃r miaz i mea liberatione:z iusticiã in saulis ꝓdẽnatione. m Custodiens paruulos dñs. pp̃ium ẽ deitatis succurrẽ i casibus desperatis.parꝫuli.n.non pñt se defẽdere a potẽtibus:et iõ decens ẽ vt deꝰ succurrat eis.i tali vero statu erat dauid respectu saulis regis:vñ docebat.j.Regũ. xxiiij.

inuenerũt me. Tribulationem ẽt dolorẽ inuẽni:ẽt nomen dñi iuocaui. O dñe libera aiam meã:misericors dñs z iustus:z deus nr̃ miseret. Custodiẽs paruulos dñs:humiliatꝰ sũ ẽt liberauit me. Conuertere aia mea in requiẽ tuã:qꝛa dñs bñfecit tibi. Quia eripuit aiaz meaz de morte:oculos meos a lachrymis:pedes meos a lapsu. Placebo dño i regione viuorum. CXV.

Quẽ psequeris rex israel quem psequris:canẽ mortuũ persequris z pulicẽ vnum.iõ sbdit: n Humilatus sũ.mẽte corã deo:z ptãte corã mundo. o Et liberauit me.sua gĩa z virtute. p Conuertere.hic pro sue liberatiõis ꝓfessionem ꝓuertit ad gĩarum actionẽ.d. Conuertere aia mea in requiem tuã.i.in deum per gĩaꝝ actionẽ:in q̃ solo mẽs hũana q̃etatur:sm q̃ dicit Aug.lib.ꝓfessionũ:Inq̃etum ẽ dñe cor meum donec requiescat in te. q Quia dñs bñfecit tibi. ppt qõ debes ei regratiari:z repetit bñficium supra posituꝫ. d. r Quia eripuit aiaz meã de morte.iminẽte:vt pz ex dictis s Oculos meos a lachrymis.legit.n.dauid plorasse in psecutione saulis.j.Reg.xx. vbi dr: Fleuerũt pariter.s.dauid et ionathas.z sbdit:dauid aũt amplius. t Pedes meos a lapsu.s.in manu saulis:qz q̃tũcunq; solicite z ardẽter q̃reret eũ:vt pz.j.Reg.tñ in manibus eius nõ cecidit deo ipsuꝫ ꝓtegente:sm q̃ dr.j.Reg.xxiij. Querebat saul dauid cunctis diebus:z non tradidit eũ dñs i manus eius.iõ ꝓcludit dauid: v Placebo dño.ei deuote seruiẽdo. x In regiõe viuorum.i.i vita p̃senti z postea i vita celesti q̃ dr terra viuentiũ. Mozaliter pot exponi ps.iste de q̃libet fideli liberato diuinitus ab afflictione corpali vel spũali q̃ recognoscẽs suam liberationem surgit ad gĩarum actionem.

In ps.cxiij. Dilexi qm̃. Additio.

Missis alijs expositiõibus tã hebreoꝝ q̃ aliorum q̃ variẽ sunt z seq̃ndo expositionẽ hꝰ hymni inceptã postq̃ ps.tractauit de statu ecclie sb lege in pcedẽti ps. in hoc vero q̃ est tertius i ordine pdcorum vr agere de statu ecclie in ipso exordio redẽptionis.s.tpe aduẽtus xpi z ipsi passiõis:añq̃ tñ lex euãgelica p aplos publicaret. Circa qõ sex facit. Primo.n.oñdit firmitatẽ fidei formate eiusdẽ ecclie circa aduentũ xpi tã diu desideratum:z hoc i psona iustoꝝ.p tunc exñtiuz:de q̃ dicit: Dilexi qm̃ exaudiet dñs vocem orõis mee.q.d.credo q̃ deus exaudiet vocem orõis mee depcantis,p aduentu xpi:z hunc ipsuꝫ diligo.i.valde placet mihi:qz dilectio i scripturis non solũ ꝓsueuit dici de aliq̃ re diligenda sed ẽt de aliq̃ ãnunciabili cõplexo z placito:sicut cũ dr in ps. Qm̃ dilexi legẽ tuã dñe z hꝰ modi.z sequitur: Quia inclinauit aurẽ suam.i.iã video effectum mee exauditionis p aduentũ redẽptoris:cuius nomen tpe meo ꝑncipaliter iuocabo:de q̃ dicit:Et in diebus meis inuocabo.

Conseq̃nter secõ qz ecclia exñs in hoc statu multa incõmoda z pericula patiebat maxime in capite q̃ hoc tpe fuit passus:iccirco dicit: Circũdederunt me dolores mortis.s. xpi: cuius doloribꝰ fideles illius tpis lz paucissimi cõpatiebãt. similr: Et pericula iferni.hoc ẽ sepulture xpi z eius descensus ad iferos:q̃bus simplices z deuote psone maxime affligebãtur:vt pz de maria magdalena plorãte z hꝰ modi:in q̃ bus tribulationibus z doloribꝰ ꝓstitute non cessabant xpm querere:z ipsum dñm iuocare:vñ ioh.xx.c. Tulerũt dñm meũ rẽ.z de hoc dicit:Tribulationem z dolorem iueni:z nomẽ dñi iuocabo. Conseq̃nter tertio ecclesia orat deũ,p effectu hꝰ modi passionis xpi:q̃ q̃dem effectꝰ ẽ liberatio aiaruꝫ.d. O dñe libera aiam meam rẽ.s.a culpa.

